GEORGII SCHUBHARD ... TRACTATUS METHODICUS DE AUSTREGIS...

Georg Schubhard, Josua Mai




NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT EMANUELE
13
14 0
23

Georgii Schubhard Romhildâ
Franci J. U. D.

TRACTATUS METHODICUS

DE

AUSTREGIS SACRI ROMANI IMPERII,

sive instantiâ privilegiatâ, quâ Status Romani Imperii fruuntur.

Nunc post mortem AUTORIS, *additis summariis & indice gemino locupletissimo, editus ab ipsius cognato.*


JOSUA MAIO, J.U.D. CONsiliario, Scabino, & Professore Saxo-Coburgiaco.

Accessit Oratio parentalis Dn. Autori habita.

COBURGI

Excusa Typis Ducalibus per JOHANNEM FORCKELIUM, Impensis FRIDERICI GRUNERI Bibliopolæ.

ANNO M. DC. XXXI.



VIRIS

Magnifico Nobilibus, Amplissimis & Consultissimis,

Illustrissimi ac Celsissimi Principis ac Domini,

DN. JOHANNIS CASIMIRI, Ducis Saxoniæ, Juliæ, Cliv. & Mont. &c.

Consiliariis.

Dn. JOHANNI JACOBO DRACONI, JCto illustris judicii provincialis, quod Coburgi est Assessori primario & Scabinatus ibid. Ordinario dignissimo;

Dn. ANDREÆ PETRO Wolffrum/ *J. U. D.* & Consiliario aulico:

Dn. PETRO LEIPOLDI, *J. U. D.* Scabinatus ejusdem Seniori.

Dn. IOHANNI CHRISTIANO Scheern/ *J. U. D.* prædicti Scabinatus Assessori, & judicii provincialis Advocato;

Dominis meis Fautoribus Affinibus Collegis & Amicis plurimùm honorandis.





MAgnifice Domine Ordinarie, Viri Nobiles, Amplissimi & Consultissimi *Dn. affines, Collegæ & amici plurimùm honorandi & amandi.* Causa, ob quam vos accedo, est Dn. D. Georgius Schubhardus, piæ memoriæ, cujus vicem gero; quandoquidem quod modò facio, illud procul dubio ipse fecisset, si per Dei voluntatem licuisset. Ita me augurari facit intima & sincera atq; omni simulationis integumento evoluta amicitia, quæ vobis cum illo intercessit à multis annis, & in scholis suam sumpsit originem. Non fuit ex illorum numero, qui pectore aliud *premunt*, & aliud ore *promunt*; quorum oratio plurimos

rimos in fraudem & periculum inducere ſolet. Candidus fuit, apertus fuit, frons viri ingenui nunquam fefellit, neq́; oculi deceperunt quenquam. Pietatis colore non tinctus, ſed planè imbutus fuit, atq; Religioni Orthodoxæ addictiſsimus, ita ut ſpretis omnibus honoribus & bonis quæ mundus habet (utcumq́; hæc tentatio hodiè ſit omnium frequentiſsima & pernicioſiſsima) mori maluerit, quam ſemel agnitam veritatem abnegare. Nec in hoc ſolùm DEO fidelis fuit, ſed in munere Advocaturæ ſemper eò conſilia ſua direxit, ne patrocinium promittendo iis, qui cauſam fovebant non bonam, ſauciaret conſcientiam, DEUMq́; offenderet. O mortem truculentam, quæ nobis Juris conſultum

tum tàm conſcientioſum eripuiſti! Juris conſultum cum voco Dn. D. Schubhardum non abutor nomine hoc. Præſtitit enim quod muneris fuit Juris-conſulti. De ſcientia legali, qua polluit, teſtificabitur etiam hicce tractatus Methodicus de Auſtregis luculentiſsimè. Eum conſcripſit Dn. D. Schubhardus & ad finem perduxit. Cui à tineis non ſine laboris tædio à me liberato nihil addidi aliud quam ſummaria, quibus quædam capita deſtituebantur, & toti operi indicem. Edere autem illum ac in lucem producere volui ac debui, volui, ut AUTORI, mihi non ſolum ſanguine ſed etiam ab ineunte ætate, usq; ad ipſius vitæ extremum halitum amicitia & familiaritate fraterna arctiſsimè

ctissimè conjuncto, ob beatum discessum, & victoriam inde reportatam erigerem trophæum, & simul monumentum sempiternum non ex truncis arborum & lapidibus, sed ex literarum perennitate. Debui, hoc enim Dn. AUTORI ut & alia in agone promisi. Vobis autem Magnifice Domine Ordinarie, vosq; cæteri Viri Amplissimi & Consultissimi, libellum hunc de Austregis ut supra innui ex præsumpta Dn. AUTORIS voluntate atqui idem sentiente vidua ipsius, offero, dedico & consecro, ut amicitia quam Dn. D. Schubhardus vobiscum sanctè coluit & in caduco corpore diutius continuaretur, laboravit, in hoc monumento

mento literario ad posteros in multa secula perpetuetur. Valete. *Dabam Coburgi die 20. Febr. Anno Christi, M.DC.XXXI*

Vestr. Magn. & Ampl.

addictissimus.

JOSUA MAIUS D.

Quâ

QVâ ratione suas possint componere lites (doces.
Imperii proceres, non sine laude,
Id cum totus agis, properatâ funeris horâ, (BARDE, tuam,
Mors dirimit vitam, Clare SCHU-
Vt, quem febre malâ nos occubuisse putamus,
Vivus ab ingenii dotibus extet adhuc
O utinam proceres vellent componere lites
Tandem, quas regio relligioq; parit?
Sic postliminiò nobis pax alma rediret,
Quâ nihil est homini majus habere datum.
Dum nos ista tenet spes, hac sub imagine rerum,
Mollia busta tibi, Chare SCHUBARDE precor,
Et quæ culta mihi tecum fuit optima vivo,
Versibus his paucis testor amicitiam.

Johan. Jacob. Draco D. Consiliar. & Ordinar. Saxo-Coburg.

CENTENARIUS.

Lugubrium juxta & Votivorum

DISTICHORUM

Quibus

CL. Virum

Dn. GEORGIUM SCHUBHARDUM,

Römhildâ Francum, Doctorem Jur. Vtr. eximium, ejusdemq; Pragmaticum æquissimum:

Cum d. 18. Septembr. A. U. T. 1630. ex his humanis decessisset, Tractatumq; de Austregis, in lucem edendum, post se reliquisset:

Mæstus decessu, Tractatu lætus, prosequebatur.

Petrus Leopoldi D. Scabinorum Senior

Causa tuum lugere obitū me publica primùm,
Deîn, Schubharde, *etiam propria causa jubet.*
A quo Doctorum titulis adscriptus & Albo es,
Arte in Juridica, temporis articulo;
Utilis es Patriæ, atq; juvas sine fraude Clientes,
Illorum ut justam causa reportet opem:
Et solvis tricas, queîs depravare laborat
Pars adversa forum judiciale, catus.

Hae

Hac te certantem nemo percurrit arenâ,
Vicistiq; pares hoc in agone manûs.
Nostratis nomici pars dudum aliquanta fuisses,
Cuijus concessum reddere jura, chori:
Inve Tribunalis magni benè sede locatus,
Quod regit adscitô Principis ore forum;
Pensando causas ad justam juris amussim,
Pœnâ onerando reos, exonerando probos;
Si qua venustas sorte tua, Schubharde, *fuisset,*
Oblatum numenq; auxiliare tibi,
Mæcenas, dico: cujus sine robore rarus
Emergit, quem sors invida fixit humi.
Res ut perverso fluitant hoc tempore, cui non
Fotor, postq; Deum sit Deus, ille jacet:
Suntq; Artes nusquam in pretio, laudantur & algent,
Cultoriq; parum conciliant pretij.

*C*Ur etiam, Schubharde, *Mihi sit flebile lethũ*
Usq; tuum, quæris? flebile lacrymulis:
Ingenij genuina tui mihi cognita lux est,
Quando ego formavi militiam ipse tuam,
Quando dabas studij tu prima pericula cepti,
Objectas Legum dissoluendo plicas;
Atq; theses cauto dubias examinis astu
Treutleri cum me præside discuteres.
E raris ibi tum, nec eras è pluribus unus,
Et palmare chori visus es esse decus:

Sedulitas

Sedulitas ibi te gnava exercebat, erasq;
Assiduus libris accubuusq; tuis.
Ipse fui jam tum venturi temporis augur,
Te fore, qui es factus, nobilem in arte virum.

AT verò ratus, haud Juris satis esse perito,
Qui Patriæ quondam commodus esse velit,
Civica sanciti trivisse volumina Juris,
Scire quid & Baldus Bartolus atq; probet,
Longinquas oculis obijsti providus oras,
Lustrasti varias & peregrinus aquas:
Gallorum tellus, & decantata locorum
Nomina visa, tua non sine fruge, tibi.

DEinde tuæ perspecta mihi est devotio mentis,
In sacra cinxi dum latus Æde tuum;
Hic didici, harmonicè quod tu virtute valeres
Cantandi, artifici voce canorus eras.
Sæpe voluptatem nobis tua cantio fecit,
Demulsitq; aures vox tua sæpe meas.
Non minor est virtus, benè quàm callere Sophorũ
Scita, figuratis psallere posse modis.

FOedus amicitiæ, tecum quæ cepit, alumnos
Quando duos habuit nos Schola de trivio,
Lege perennavit fidei germanâ, & amoris
Ex parvo magnus semine crevit amor:
Heltburgi cepit, Genæ succrevit, in urbe,
Quæ primas Patriæ fertur, adultus is est.

Jucundum

Jucundum inde tuum spectrum est mihi, vindicet in me,
Si potero, Nemesis, dememinisse tui:
Postquam te carui, vix anni tertia pars est
Decursa, & tamen hæc sunt quasi secla mihi.

CAusa, tui desiderium quòd me urit, & hæc est,
Quòd propè par sortis form[æ] utriusq; fuit.
Moribus ut fueris rectis, & pectore plano,
Ingenii geniiq; ut melioris homo,
Utq; animi virtus, & laudis honesta cupido
Fulserit in temet sidere lucidiùs:
Non complexa tamen Jovis est te gratia, Cœli
Nostratis facies nec tibi blanda fuit.
Non mirum hoc: aliqua cum libertate notasti,
Hîc, ibi, quod factum seciùs, ac decuit.
Libertatis opes, quæ sunt sapientibus aurêæ
Dictæ, vis major sustulit è medio.
Hi mores nunc sunt: statuâ taciturnius os sit,
Nec nimium ex vero libera lingva trahat;
Ne tibi furetur verba auceps insidiosè,
Deferat & nomen, te capitisq; citet.
Ergò decet labrum compescere, Sigalionis
Illud & antiquum st meminisse decet,
Atq; jugum tolerare, & libertatis honorem
Spernere, palponem vivere, blanda loqui:
Trita frequensq; via est hodie, expalpare favorem,
Et sese blandis insinuare modis.

Comi-

Comiter observa semper, queiscunq; potentis
Stipatum Domini videris esse latus:
Hæc prodesse tibi multùm observantia, quamvis
Ipse nihil prosis, ambitiosa potest.
Non ita docta manus sapientum judicat, hili
Æstimat, & fucum, quicquid id, indigitat.
Climate sub Cœli nostro, quos Pallas honorat,
Hos liquet [illegible]ngusta conditione frui:
Nomina sed quorum peplo haud intexta Minervæ,
Horum conditio pensior esse solet.

PEctoris exardent proscenia, quando recordor,
Excursûs fueris quòd mihi sæpe comes.
(Portis exspacior crebrò, quòd non sit in urbe,
Hunc animum valdè quod retinere queat,
Securum vulgi: expertem ambitionis: amantem
Secessûs, vitæ simplicis atq; probæ,
Ad juga frontosi montis, camposq; patentes,
Arva propinqua, poli lucida quando plaga est)
Non tè commodior congerro mihi obtigit, ad rem
Fabula semper erat, non sine fruge mea:
Quod delectaret, simul & prodesset, habebat
Sermo, pro ingenii fertilitate, tuus.

Est tibi in hoc multum decoris, Römbilda, quod urbes
Exornas alias civibus, eja! tuis.
Et decori noster fuit hicce Georgius olim,
Et Patriæ, & Matri, Fratribus atq; Patri.

Sed

Sed fuit: heu! quanto nunc hocce disyllabon unum
Sauciat auditum, vulnere corda mihi!
Sunt decori, fratrum par non ignobile, MAI
Doctores: quisq; est clarus in arte sua:
Alter res medicas tractat feliciter, alter
Non modò scit, reddit sed quoq; jura catus.

P*Orrò tuum,* Schubharde, *mihi quoq; funus acerbum est,*
Quòd subitò, inq; ævi flore vigente cadis.
Hepdomas est tantùm una, rubes qua, qua quoq; palles,
Qua stas, quaq; jaces ante diem exanimus.
Vixdum ter decimum sextumq; expleverat annum
Ætas, cum rupit fila tibi Lachesis,
Cui cunas Rômbildæ dedit, Coburga sepulcrum,
Doctorisq; decus cui Basilea dedit.
Ussit edax nimium tibi febris inertia membra,
Et potuit vitæ ponere nemo moras.
Sexcentas Medici meruisset gratia grates,
Si tibi protrâxet longiùs ille dies.
Nolo tamen Medicum stomachosis pungere dictis:
Major enim medicâ morbi erat arte furor.
Artis Pæoniæ est, seram protollere mortem:
Tollere sed mortem haud Pæoniæ artis id est.
Non est certa salus semper medicantis in arte,
Jam desperatum non juvat illa malum.
Audieram nondum, quòd lecto adfixerat ægrum
Dira valetudo, cum mihi rumor ait:

In vivis

In vivis Doctor Schubbardus desiit esse:
Protinus ad subita hæc mens mihi verba labat:
DI melius! dico, cupio sit rumor inanis,
Non ferale lubet credere, non lubet, hoc.
Sed frustra: in tumulum fossæ cumulantur arenæ
Jam tibi, ubi tellus sacra cadaveribus:
(Saxô ibi non pridem Princeps monumenta quadratô
Struxit, Apellëa sat speciosa manu,
Non indigna viris, quos Aula hæc nutrit & Urbs hæc,
Quamvis eximiûm sat sit utrinq; virûm:
Princeps, quem riguis insignit Ruta corollis,
Izidos ad rapidas expatiantis aquas)
Voce locum patriâ vocitat Polyandrion Hellas:
Nuntius ad funus jam quoq; triste citat.
Exequias ivi saltem, cum sindone, felix
Hoc infelici funeris obsequio.
Hei! prius adfari, morientisq; ora videre,
Supremumq; vale dicere, non licuit:
Exhalanti animam, Majum, qui lumina clausit,
Nomine felicem hoc judico jure nimis.

SEd vixisse satis, satis & fecisse putandus,
Ætatemq; nequit dici habuisse brevem,
Sed functus vivit, vivens moriturq;, relinquit
Qui partos à se post sua fata libros:
Docta per ora virûm cujus monumenta feruntur,
Chalcographi vivis ritè animata typis.

Is demum

Is demum, quem Musa jubet sacra vivere, vivit,
Non annis, verùm vivitur ingenio.
Tu quoq; sic vives, Schubbarde, ad secla nepotum,
Te quoq; Chalcographus nunc animare parat,
Est Austregarum *lux â te reddita* Iuri,
Quam nondum quisquam taliter applicuit:
Ordine & arte bonâ, felicis acuminis astu,
Omnia materiæ puncta recludis ibi.
Non ibi, ceu per transennam, fastigia tantùm
Libas, rem penitis eruis ex adytis.
Rarum opus, utq; typis exscriptum reddere cusor
Approperet dignum, visat ut ora virûm.
Censoris limam dentati ferre severam,
Si critico iste velit ungue notare, potest.
Parte facultatis fasces submittit in illa
Scriptorum meritò nunc tibi tota manus,
Inq; Palæstra isthac palmam tibi jure reservat:
Hoc nam legitimè vincis agôna foro.
Carminis ut celebrem hoc ausum memorabilis orsu
Par est, pro nostra semper-amicitia,
Utq; juvem voto, seclis, Schubharde, *futuris*
Quò tibi pro meritis gratia magna fluat.
Exigua eximio, fateor, monumenta labori
Pono, sed quæ sint non inhonora tibi:
Pauca dabo; sed qui liquida ratione putare
Rem valet, is dicet multa dedisse satis:


QUem librum Aonia genuisti gnavus in umbra,
Is gignet famæ secula longa tuæ.

Miratrix olim pleno laudabit opellam,
Auguror, hancce tuam gutture Posteritas:
Plebeiæ, dicet, non est opus indolis illud,
Res est experti plena labore viri:
Schubhardi genium liquidò sat cernis in illo,
Ac animi, dicet grata, sagacis opes:
Æternæ, dicet, næ lumen amabile famæ
Huic civi debet Francis alumna suo.

COROLLARIUM.

Mens aliquammultis elegis mactare libellum
Hunc fuit, ac numeris nobilitare meis:
Sed jubet ingressum mare me dare vela retrorsum
Et cogit pennâ scribere præproperâ,
Cusor, & absq; mora reddi sibi carmina nostra
Urget, adaptatus cum sit ad illa typus.

F.



Amplißimo Viro

Dn. JOSUÆ MAIO, U. J. D. & Scabino Saxonico,

Clarissimi Viri Dn. D. Georgii Schubardi tractatum

De

AUSTREGIS EDENTI.

SCHVBHARDE, Evnomiæ decus, Evepiesq; voluptas,
Quando tuam vitam mors inopina rapit;
Succedit MAIVS, pietas quem maxima clarat,
Scriptaq; cum famâ vindicat ecce tua:
Edit & insigni de Austregis arte libellum
Confectum, & verè se docet esse pium.
Gaude sorte tuâ, Vir inclute & indite cœlis
SCHVBHARDE, & lætus tempora pacis age.
Tu verò cordi nostro lectissime MAIE,
Vive, vale, & grates posteritatis habe.

Fundebat

Georg. Mundius, JC. C.P. Cæs. &c.

MEMORIÆ SEMpiternæ.

GEORGI SCHUBARDI, J.U.D.

Advocati fidelissimi amici desideratissimi.

Qui mihi Schleusingæ sub Directore SEBERO
Junctus eras studio liberiore diu,
Qui quoq; junctus eras Gothæ, mensâq;, toroq;,
Musæoq; uno sub duce WILKIADE,
Unaq; quem Jenæ sociat mensa, unus amorq;,
Proh cadis in medio (quàm cito) flore tuô;
Dum Ratisbonâ repetis patria arva vicissim,
Enervis totô corpore febre malâ.
Ad te qui veniunt, si sic dimittere svêsti
Ratisbona, ratis non potes esse bona.
Atq; facis dubiam de te spem pacis habendæ,
Quæ in te jam debet reddier Imperio.
Verùm ad te verto, Schubharde, *&, si otia sirint,*
Vellem per laudes velificare tuas.
Quæ fuerit genij vis, & quod mentis acumen,
Qui jus noverunt, explicuisse queunt.
Idq; docet gravium gravis hic labor Austregarum,
Æternis dignus, patre obeunte, typis.
Hic, licèt haut vivas in corpore, vivere vitam
Te facit in libris, sol quoad astra regit.

Corporis


Corporis interea vegeti juvenilia flemus
Fatali arrestô membra repressa necis;
Sed quia sic placuit DOMINOq́ʒ DEOq́ʒ *Deorum*
Velle illud, nostrum sit quoq́ʒ velle, DEI.
O, quisquis tali decedit honore, beatum!
Qui post se linquit nomen in orbe bonum.
Dicite, quos Pietas movet, & mors sancta piorum
Cordi est: Schubhardi *molliter ossa cubent.*
Tu verò, rectè da vivere, daq́; beatis
Hinc transire viis, ad tua regna DEVS.
Illic perpetuô te collaudabimus ore,
Nil homo majus enim, quod dare possit, habet.

Affectus testandi gr. scrib. Cob.
10. Nov. Anno 1630.

Johan. Leibius.



Elenchus



Elenchus Capitum.

Notatio & definitio Austregarum. CAP. I.

De Autore Austregarum, & an per introductionem earum jurisdictio Consistorii aulici Imperatoris æquè ac Cameræ imperialis coangustata & suspensa: item quid de judicio Rotvvilensi hoc in casu statuendum. CAP. II.

Quibus statibus competat jus Austregarum, seu quæ personæ gaudeant, privilegio Austregarum. CAP. III.

Quando Austregæ competant. CAP. IV.

De caussis in quibus locus Austregis. CAP. V.

De Forma judicii Austregarum. Quomodo nimirum judices Austregarum eligendi & constituendi, item quomodo in judicio hoc Austregarum procedendum. CAP. VI.


De reconventione, prorogatione jurisdictionis, & litis denunciatione, an & quatenus locum habeat in Austregis. CAP. VII.

De Austregis Arbitriis & conventionalibus. Cap. IIX

De Personis quæ cessare faciunt Austregas. Cap. IX. Part. 1.

De rebus sive caussis in quibus locum non inveniunt Austregæ. CAP. IX. Part. 2.

DE AVS



DE AVSTREGIS
Caput I.
Notatio & definitio Austregarum.

Summaria.

1. *Verborum significationes & proprietates unde sumendæ.*
2. *Austregarum vox qualis sit.*
3. *Verbum* Austragen *generale est.*
4. *Vox Austregarum strictim hic sumitur.*
5. *Sæpè notatio notato est generalior.*
6. *Qualitas nominis formam rei non constituit.*
7. *Res formis suis discernuntur non ex origine nominum.*
8. *Nomina non sunt notæ, non causæ rerum.*
9. *Nomina inserviunt certitudini rerum & personarum.*
10. *Nomen loci facit interdum fortissimam probationem.*
11. *Ex nomine quasi possessio præsumitur.*
12. *Cur privilegiatis hisce instantiis nomen.*
13. *Rudolph. I. Imp. publicâ lege edixit, ut omnia in lingua Germanica ederentur & conciperentur.*

14 Iidem Romani prisci quod linguam latinam observarunt.
15. Prætores alio quàm latino sermone jura reddere non potuerunt.
16. Lingua Græca in consortium linguæ latinæ admissa & quando.
17 Qua virtute Germani Imperium Romanum acceperunt.
18. Linguæ Germanicæ majestas & elegantia ac amplitudo.
19. Gravitas linguæ Germanicæ.
20. Alberti Marchionis Brandenburgensis querela de linguis exoticis in Aula Imperat.
21. Mauritii Electoris querela de eadem re.
22. Eandem hodie quidam status habent.
23. Assessores Cameræ Imp. debent esse Germani.
24. Processus camerales in lingua Germanica expediuntur. limit. n. 27. & 28.
25. Decretum Cameræ hac de re factum in Causa aliqua.
26 Simile decretum.
29. Vocabulum quot modis accipitur:
30. An austregæ per jus rectè definiantur.
31. Malè Camera Imperialis per jus definiretur.
32. Nobiles Imperio immediatè subjecti an status sint n.34.
33. Civitates liberæ Imperiales status sunt.
35. Verba; judicem ex suo ordine conhabeant, vitiosè in definitione austregarum ponuntur.
36. Omnes status immediatè subjecti.
37. Habere judicem suum immediatum, & judicem cui immediatè subjectus est, est tautologia.
38. Doctores quandoq; verbum Austregarum pro judicibus ponunt.

39. Cam

39. Cammergericht *interdum usurpatur pro judicibus & Assessoribus Cameræ.*
40. Judices Austregarum qui.
41. Austregæ proprie quæ sunt.
42. Definitio Austregarum.
43. Jurisconsulti descriptionibus sunt contenti.
44. Explicatur l. omnis de R. J.

Rectissimè Nobilissimus 1.
VVaremundus ab Erenberg nos rebus ex debito, verbis ex usus beneficio uti, scribit *lib. 1. de Fœder. c. 1. n. 1*, & vulgatum est verbũ, *verba valere sicut nummi.* Quod quàm verum sit, vocabulum Austregarum satis superq; ostendit. Originem 2.
ejus quod attinet, illud licèt terminatione latinum videatur germanicum esse, tam notum est, ut nemo hoc ignoret, nisi qui linguæ nostræ Germanæ sit planè ignarus. Notissimum siquidem id à vulgatissimo verbo Außtragen deductum essē, eò quòd certi ordines imperii res controversas, in Austregis & per eas se-

cundùm normam & formam in ordinationibus Imperii præſcriptam, perſequantur, Daſz etzliche dem H. Röm: Reich ohne mittel vnterworffene Glieder/ jhre zuſammen habende Irrunge gegen einander vermittelſt der Auſzträg nach maſz vnd weiſz in der Cammergerichts vnd andern Reichs Ordnungẽ vorgeſchrieben/ rechtlichen auſztragen. *P. Frid. Mind. de proc. in Cam. extrah. lib. 1. c. 16. n. 1 Hein. à* Roſenth. *de Feud. c 10. lat. 24. n. 4. Herm. Vult. ad l. 1. C. ubi ſenat. vel clar. n. 30. M. Steph. lib. 2. part. 1. c. 3. memb. 3. n. 1. de juriſdict. ubi n. 2.* hoc verbum Außtrag valdè emphaticum eſſe dicit. *Paul. Matt. VVehn. in obſ. pract. de V. S. verb.* Auſzträg. *Ilic. Vmm diſp. ad proc. jud. 4. n. 41. Theod.* Reinking *dr. de reg. ſecul. & eccleſ. lib. 2. claſ. 2. c. 16. n. 8.*

3. Licèt verò vocula illa, Auſztragen/

gen/apud nostrates generalissima sit, ita, ut non tantùm de rebus controversis, sed & non talibus, & quidem illis, tàm judicialiter, quàm extrajudicialiter ventilandis, componendis, definiendis usurpetur; nihilominus tamen Austregæ non tàm latè patent, & cum notatione reciprocantur; undè strictum hîc recipiunt intellectum, ut tantummodò de rebus controversis judicialiter decidendis, exaudiantur. Nec in jure rarum vel inauditum, ut notatio notato generalior, & aliis adaptanda veniat, ut exemplo est mutuum. *l. mutuum. 2. §. appellata. 2. de reb. cred. pr. J. quib. mod. re contrah. oblig.* testamentum *pr. J. de testam. ordin.* precarium *l. 1. & 2. de precar.* Undè rectè colligitur, qualitatem nominis formam rerum non constituere, sed tantùm rem mente percipiendam demonstrare. *Bald. in rubr. C. de*

4\. 5. 6.

V. 3. per l. certum est. & ib. Interpp. de
7. *reb. cred.* nec res nominum origine,
ſed formis ſuis diſcerni, & conſtitui:
8. Siquidem nomina rerum notæ, non
cauſæ conſtituentes. *Bl. in l. ſi non*
convitii. C. de injur. arg. l. ſupellectili. 3.
l. Labeo ait. 7. de ſupell. leg. l. librorum.
52. § quod tamen. 4. de leg. 3. l. non figu-
9. *ra. 38. de oblig. & Action.* Fatendum
tamen nomina inſervire certitudini
& perſonarum, & rerum. *Gædd. conſ.*
10. *Marp. 27. n. 56. vol. 3.* & ſi nomen loci
non diſtat ab ejus qualitate, proba-
tionem & demonſtrationem fortiſ-
ſimam facere. *Hier. de Mont. de finib.*
11. *reg. c. 85, n. 1. & 2.* & ex nomine quaſi
poſſeſſionem illius rei, de qua no-
men ſonat, præſumi. *Gædd. conſ.*
Marp. 32. n. 272. vol. 3.
12. Meritò autem privilegium hocce
inſtantiarum primarum nomine
Germanico inſignitum videtur, quia
illud nõ minimũ, quo ordines Impe-
rii

rii decorati visuntur, & Rudolphus 13.
I. Imp. *de Anno 1273.* lege publicâ sancivit, ut deinceps omnia mandata, edicta, privilegia, instrumenta & documenta, non aliâ quàm Germanicâ conciperentur & conscriberentur linguâ, *Spangenb. in Chron. Saxon. c 264. Stumpf. Chron. Helvet. lib. 1. c. 8. Crus. annal Suev. p. 2. lib. 1. c. 8. & lib. 12. c 8. & p. 3. lib 3 c. 1. P. Heig. 1. quæst. 7. in f.* Et sanè optimè id 14.
factum; nam prisci Romani inter cætera gravitatis & obtinendæ & retinendæ auctoramenta, tanquam summum arcanum custodiêre, ne ullus nisi ipsorum linguâ peroraret, nullosque nisi Latio sermone audirent perorantes, responsaq; Latinè darent; si qui hunc non tenerent modum, adfuêre Interpretes omnium linguarum, *Valer. Max. lib. 2. c. 2. al. 1. vers. 7.* quorum Magistratus fuit, Magister officiorum agentium

in rebus, uti voluit Procopius *lib. 2. Histor.* quòd eos non tantùm in urbe, sed in ipsa quoq; Græcia atq; Asia, observasse, Valerius Maximus autor
15. est. *d. l.* Et hujus tam observantes fuisse videntur, ut ipse Tiberius, *Monopolium* dicturus, veniam priùs à senatu postulavit, quòd sibi verbo peregrino utendum, atq; & in quodam decreto patrum, cum ἔμβλημα recitaretur, commutandam censuerit vocem, *Sueton. in vit. Tiber. c. 71. Go-*
16. *thofr. ad l. decreta. 48. de re judic.* Et ut latinæ vocis honos venerabilior per omnes gentes diffunderetur, Prætores alio quàm latino sermone jura reddere non potuêre. *d. l. decreta. Hotoman. in Francogall. c.* 2. quod tamen, translato imperiô Constantinopolim, ita limitatum, ut in consortium græca admitteretur lingua. *l. judices. C de sententia & interloc.* & litigantes græcâ linguâ uti potuerint.

ſint *l. hac conſultiſſima 21. §. illud. C. de teſtam.* Non injuriâ itaq; Impp. noſtri utpote in locum & jus Romanorum veterum ſuo merito (nam ut olim Cancellarius Moguntinus Martinus Meier ad Æneam Sylvium Card. ſcripſit: Germanica natio quondam inclyta ſuâ virtute, ſuoque proprio ſanguine Romanorum Imperiũ coëmit, quod & verſus antiqui teſtantur; Sanguine Romanum ſibi regnum Carolus aptè aſſociat proprio, proprio quoq; ſanguine ſervat) & non aliquâ virtute aut gratia, uti Bodinus & Pontifex opinatur, ſuccedentes (*V. Th. Michaël de juriſdict. concl. 2. & 3.*) mandarunt, ut nullius niſi Germanicæ linguæ in negotiis tàm judicialibus, quàm extrajudicialibus in Imperio eſſet locus & uſus; hoc ſiquidem ad Imperii Germani majeſtatem conferre, tradit. *Heinr. Bruning. de var. univerſ.* 17.

verſ. ſpec. concl. 7. maximè cum linguæ noſtræ tanta majeſtas & dignitas, ut de elegãtia, amplitudine cum aliis omnibus certare queat. *Arnold.*
19. *Clapmar. 3. de arc. Rerump. 22.* gravitas verò, ſapientum ſententiâ, nulli cedat. Und *Tho: Lanſin. in conſult. de principat. inter provincias Europ. conſult. cont. Gall. fol. 310. & ſequent.* Et ſicuti Romani tenaciſſimi fuerunt obſervationis ſuæ linguæ, uti ſuprà dictum, ita & jure id noſtri hodie
20. etiamnum imitantur. Undè Albertus Marchio Brandenburgenſis eò ſtatum Germaniæ adductum eſſe conqueſtus, ut Germanis aliæ propè addiſcendæ ſint linguæ, ſiquidem ibi, nempè in aula Imper. cum fructu aliquo velint atq; compendio verſari. Et Mauritius Elector Sax.
21. conqueſtus, res ordinum Imperii in aula Cæſaris non exactè cognoſci, ferè propter imperitiam linguæ, referen-

ferente Sleidanô *lib. 24.* Sic auditæ ſunt noſtro tempore querelæ & gravamina quorundam ſtatuum Im- 22.
perii quòd in aula Imp. plures exteræ nationis homines, contra jura & libertatem Germaniæ, tolerantur.

Eadem de cauſa in Camera, cujus 23.
Adſeſſores non niſi Germani eſſe debent, *Ord. Cam. p. 1. tit. in pr.* proceſſus in lingua Germanica expediun- 24.
tur, licèt actor vel reus exteræ ſint linguæ, uti tradit *Bruning. d. concl. 7.* ubi refert in cauſa Johannis in-
thum. contra D. Carolum Emanue- 25.
lem Sabaudiæ Ducem, cum modò dictus Dux petiiſſet, ut emanati proceſſus in lingua Germanica caſſarentur, vel latinè verterentur, Cameram decreviſſe, Es ſollen hinfüro beyde Partheyen in teutſcher Sprach verfahren / *quod conſonat diſpoſitioni* §. vnd daß der Kläger

verſ.

verſ. vnd ſol die Klag. *tit.* von den *termin* erſter *inſtantz. Ord. Cam. de Anno 1607.* Sic refert Autor Comment. ad ord. Cam. *part. 2. tit. 27.* Sub nomine Julii Magenhorſtii, ſe vidiſ-
26. ſe Auguſtæ Doctorem Jonam, cauſam Regis Romanorum contra Ducem VVirtenbergicum latinè agere voluiſſe, ſed Ducem excepiſſe, Germanicè juxta ordinationem procedendum eſſe, & poſteà per Imp. Conſiliarios deciſum, Germanicè agendum & procedendum: & ita
27. factum. Sunt tamen, qui præcedentia limitant, in Reo, ſi is ſit exteræ linguæ, proceſſus non quidem in ſua, ſed latina emanare lingua volunt. *V. Rutg. Ruland. de commiſſ. part. 1. lib. 5. c. 1. n. 5. L. H.* Quod non ſemper
28. uſu ſervatur. Sic memini, quando clerici in Camera conveniuntur, latinè in cauſa procedi. In capitulationibus quoque Imp: proviſum,

Daſz

Dasz in Schrifften vnd Handlungen des Rechts kein andere Zung noch Sprach gebraucht werden sol. *Capitulat. Ferdinand. II.* §. darzu in Schrifften/etc.

Vocabulum Austregarum non unô eodemq; accipitur modô, sed varios sustinet intellectus: Primò etenim ipsum jus, privilegiumvè, vi cujus ordines privilegiatis hisce instantiis gaudent, denotát. 29.

Quo sensu accipio *definitionem* viri cujusdam doctissimi *in disp. de Austreg. thes.* 5. ubi sic definit Austregas, quòd sint privilegium statibus Imperio Rom. immediatè subjectis indultum, cujus beneficio in prima instantia non habeant judicem suum im̃ediatum, cujus im̃ediatè subjecti, sed eum, quẽ è suo ordine judicem sibi in prima instantia elegerint. 30. Verùm enimverò non solùm in eo peccatum, quòd non secundùm 31.

dùm propriam ſignificationem (*de qua paulò infra*) vocabuli Auſtregarum eæ definitæ, haut ſecus ac ſi quis Cameram Imperialem per jus definitum iret, ſed & quòd allata definitio juſto ſit latior & anguſtior, imò & tantologa contra receptiſſima placita omnium doctiorum: Latior ſiquidem eſt, primò dum ſtatibus in genere hoc privilegium vel veriùs Inſtantiæ privilegiatæ adſignantur, cum tamen non omnibus, ſed certis duntaxat competant:
32. Contrà anguſtior, dum in effectu Nobilibus immediatis, qui tamen ſtatus non ſunt, eæ abjudicantur & adimuntur, ut ita vocula ſtatus hîc latior & ſtrictior poſita viſatur, illud, quia excludendæ civitates Im-
33. periales liberæ, quæ ſtatus ſunt, de quo 1. hoc, quia includendi Nobiles
34. immediatè imperio ſubjecti, qui ſtatus nomine & honore non gaudent: ſecun-

ſecundò dum ponitur: conhabeant 35.
Judicem, quem è ſuo ordine eligunt, nam hoc de omnibus adfirmari nequit: nobiles prælati & Comites non eligunt aliquem è ſuo ordine, imò quando coram conſiliariis res expeditur, Judex ex principum ordine electus dici non poteſt, quin imò hoc ipsò, quòd electionis mentio fit, petitio & impetratio Commiſſarii ab Imp. (qui tamen modus frequentiſſimus) excluditur, nec hoc caſu ſemper Commiſſarius datur, qui ejusdem ſit ordinis, niſi malis dicere, vocab. ordinis, generaliùs in d. definitione poni & ſumi, quod tamen ſuſpectum, cum ipſe in ſeqq. theſibus ſtatus in tres ordines diſpeſcat, inter quos nobiles non viſuntur. Tautologa denique 36.
eſt, ex eo, quòd dicitur, ſtatus, qui immediatè imperio ſubjecti: Eo ipſo enim, dum ſtatum nuncupamus, ſimul

simul necessariò immediatam subjectionem adstruimus: idem dicendum de illis definitionis verbis, cujus beneficio non habeant judicem
37. suum immediatum, cuiq; immediatè subjecti sunt, quasi hæc duo diversa, & alterum altero plenius &
38. planius. Secundò, quandoq; Doctores Austregarum vocab. intelligunt de Judicibus,(quemad: vocab.
39. Cammergericht quandoque propter metonymiam efficientis pro personis Camerali Jurisdictione præditis accipitur. *pr. 1. tit. 1. 50. 79. 81. part. 2. tit. 2. & à tit. 12. usq; ad tit. 17. item à tit. 19. usq; ad tit. 22. & à tit. 25. usq; ad tit. 31. & part. 3. tit. 53.* quibus in locis verbum Cammergericht pro Collegio Judicum & Assessorum ponitur. *Pauer. 2. c. 6. n. 3. de jurisdict.*) qui hisce instantiis præesse, resq; in illas deductas, determinare solent, quia Rodingo. *d. c 1.*

Sed

Sed itidem minùs logicè definiuntur, quòd ſint, qui à principibus Im- 40.
perii & illis, qui principibus dignitate pares cenſentur, Prælatis nimirum & aliis Imperii ordinibus atque perſonis, immediatè Imperio ſubjectis conventione inter Imper. & ſtatus Imperii publicâ & Legibus ordinationis confirmata, conſtituti ſunt, quem ſequitur *Joh. Forſter. in proceſſ. judic. Camer. tit. 3. obſ. 1.* Ter- 41.
tius & proprius ſignificatus eſt, dum Auſtregæ pro inſtantiis privilegiatis accipiuntur: *Sunt autem eæ*, judicia, 42.
in quibus certorum ordinum Impe- ,,
rii res converſæ in prima inſtantia, ,,
juxta modum in ordinationibus Im- ,,
perii præſcriptum ad utilitatem eo- ,,
rum diventilantur, examinantur & ,,
deciduntur. Has quia exactius *definire* non licuit, ita quodammodò *deſcribere* libuit, nec enim in jure no- 43.
ſtro, definitiones accuratè fabricatas

tas invenire licet, ſed JCti noſtri plerunq; qualicunq; etiam deſcriptiunculâ contenti ſint. *Maſcard. de prob. q. 16. n.* 11. 14. *vol.* 1. quos ſectari licitum, ſi ultra progredi denegatum, præſertim cum periculoſa res ſit definitio in jure. *l. omnis de R. I.* quam
44. legem de logica definitione *cum Decio, Tiraquello, Nevizano, Cagnolo, Ferrar. Montano, Hotomanno, Ant. Maſſa Galeſiô, Freberô, & D. Iohanne Suevio* exaudio, & hunc communem intellectum eſſe ſcribit *A. Pinellus part. 1. c. 3. n. fin. Cod. de reſcind. vend.* non tamen valdè repugno, ſi conjunctim & de regula juris, cum eodem *Pinello, VVaremundô ab* Erenberg *in medim. pro Fœder. lib. 2. c. 1. n. 10. & quodammodò conſentiente Ph. Matthæo acceptetur. V. Dom Arumaus de mora cap. 2. n. 19.*



Capu

Caput II.

De Autore Austregarum, & an per introductionem earum jurisdictio Consistorii aulici Imperatoris æquè ac Cameræ Imperialis coangustata & suspensa: item quid de judicio Rotvvilensi hoc in casu statuendum.

Summaria.

1. *Variæ de constitutione Austregarum sunt opiniones.*
2. *Quidam consuetudini primævæ Germaniæ originem Austregarum adscribunt.*
3. *Refertur opinio Paurmeisteri, refutatur. n. 34. & seq.*
4. *Opin. Cubathii, refutatur. 41.*
5. *Op: Berckmanni, refutatur. n. 41.*
6. *Quidam Maximiliano I. Imp. originationem Austregarum deferunt.*
7. *Redarguitur Autor* der nothwendigen erinnerung *ad Inform. Donavv.*
8. *Refutatur Autor* des gründlichen Unterrichts.
9. *Confirmatur sententia Autoris* der nothwendigen erinner. *quoad introductionem Austregarum.*
10. *Imp. habet fundatam intentionem in omnes.*

11. *Summa Imp. potestas constat in absoluta & in omnes fundata potestate.*
12. *Imp. licet de jure communi cum quolibet inferiore in jurisdictione concurrerit; tamen hodiè LL. Imperii aliud inductum.*
13. *Imp. in dubio jurisdictionem suam in omnes illæsam servasse nec remisisse censetur.*
14. *Mutatio non præsumitur.*
15. *Renunciationem jura non præsumunt.*
16. *Jurisdictio consuetudine tribui potest.*
17. *Consuetudo primævæ Germaniæ ratione Austregarum privilegiatarum facti est, n. 18. non sufficit eam allegare, n. 19. sed probare necessum est, & quidem plenè. n. 20.*
21. *Carolus V. Maximiliano I. Imp. originem Austregarum adscribit.*
22. *Imp. est optimus Constitutionem & privilegiorum interpres.*
23. *In Recessibus Imperii, quæ Maximilianum antecessere, nulla fit mentio Austregarum privilegiatarum, nec apud Doctores & Historicos, qui illius tempore vixêre.*
24. *Quæ notabiliter fiunt, nisi notentur specialiter pro neglectis habentur.*
25. *Juramentum non operatur in iis, quæ specialem requirunt expressionem, si omissa.*
26. *Electores & PP. Imperii, Maximilianum I. autorem Austregarum faciunt.*
27. *Ordines Imperii tenaces sunt libertatis & privilegiorum suorum.*
28. *Electores & P P. Imperii difficulter certo respectu renunciarunt Austregis.*
29. *Camera Imp. inter alias causas etiam ex hac ordinata*

dinata, ne Imp. & ejus Consistorium aulicum mole causarum obrueretur, & ne partes magnis cum sumtibus & dispendio rei familiaris Imperatorem sequi tenerentur.

30. *Impp. solent, piorum constitutionum vel consuetudinum, mentionem facere, si illas confirmant, ampliant, restringunt, corrigunt, &c. limit. n. 31. & 32.*

33. *In adstruenda opinione quadam, inter alia, & argumenta minùs urgentia adhibere licet.*

35. & 38. & *seq. Explicatio verb.* vor auffgerichter Ordnung außträglichen Rechtens vnd Churfl. vnd Fürstlichen Freyheit *p. 2. tit. 4. Ord. Cam.* §. vnd winckel.

36 *Copulativa diversa conjungit, quandoq; stat declarativè n. 37.*

39. *Renunciatio est stricti juris, continet non nisi expressa.*

40. *Ea copulativæ est venustas & utilitas, ut posteriora jungat & qualificet.*

42. *Lentius Austregas, licèt consuetudine introductas esse verisimiliùs putent, tamen hodiè ex jure scripto observari concedit, refutatur. n. 43.*

44. *Consuetudine feudales quamvis in scripturam redactæ, tamen non desinunt esse tales*

45. *Substitutio pupillaris moribus introducta.*

46. *More civitatis pupillus sine tutoris autoritate non obligatur.*

47. *An statibus Imperii una cum Imp. constitutio Austregarum adscribenda.*

48. *An Cameræ constitutio non tantùm Maximiliano I. Imp. sed & statibus Imperii adsignanda.*

49. *Nemo jurisdictionem conferre potest, nisi qui eam habet.*



50. Status in semetipsos nullam habet jurisdictionem.
51. Judicia provincialia cum consensu ordinum provinciæ introducta, an ea propter dicendum, quod ordines unà cum Principe ea fecerint.
52. Non solum hodierno jure, sed & olim Principes cum consensu & consilio Procerum vel Senatus, negotia tractarunt & fecerunt constitutiones, nec tamen inde aliquid eis accrescit.
53. Sententia Pflugii Episcopi Naumburgensis refertur, cur status in constitudine Cameræ & aliarum rerum adhibiti.
54 Carolus V. modos septem posteriores, ut & Austregas, quæ inferioribus ordinibus competunt, constituit.
55. Ratio inductiva Austregarum. & 56. & seq.
57. Verba privilegii Norimbergensibus à Carolo V. nomine Austregarum concessi.
58. & seq. an per inductionem Austregarum jurisdictio aula Imp. suspensa.
59. An aula Cæs. cum Camera in jurisdictione concurrat. & 60.
61. Licet concurrentia inter aulam Cæs. & Cameram Imperialem statuatur, tamen ex eo non sequitur Aulam Cæs. præteritis Austregis, in causis ordinum cognoscere posse. & 62.
63. Paurmeister contendit, Aulæ Cæs. jurisdictionem minutam non esse & num. seq. refutatur n. 77. & seq.
64. Imp. consentiens in Ordinationem Cam. juri suo quod ex electione habet renunciasse censetur.
65. Renunciatio est stricti juris V. n. 77.
66. Jurisdictio in dubio cumulativè concessa præsumitur. V. n. 79.

68. Re-

68. *Reservatio conservat reservanti jus illæsum.*
69. *Delegans cum delegato in jurisdictione concurrit.*
70. *Jurisdictio aulæ Cæs. per Austregarum constitutionem suspensa est secundum veriorem & communem sententiam & n. seqq.*
71. *Ratio inductiva Austregarum non minus obtinet quoad aulam Cæs. ac Cameram Imp.*
72. *Non præsumitur Imp. quod una manu concessit, altera adimere.*
73. *In Imp. nulla sinistra cadit suspicio.*
74. *Imp. gratia non debet esse elusoria.*
75. *Rudolphus II. Imp. consilio aulico præcepit, ne labefactentur primæ instantiæ Austregarum.*
78. *Imp. cõcessiones non semper sunt remunerationes.*
80. *Jurisdictio, quando favore personæ concessa, privative concessa intelligitur.*
81. *A judicibus Austregarum appellari, & si reus ordinationi non satisfacit, Camera adiri potest.*
82. *Unius inclusio non semper est alterius inclusio.*
83. *Explic. verb.* **mit dieser ordnung** §. **vnd wiewol** *tit.* **wir** *Prælaten. ord. Cam. Anno 1494.*
84. *Jurisdictio Austregarum an ordinaria delegatave.*
85. *Paurmeister non satis sibi constans, quoad Electores & PP. jurisdictionem Aulæ Cæs. suspensam fatetur.*
86. *Regimenti jurisdictio & suspensa fuit, per institutionem Austregarum.*
87. *De institutione & jurisdictione judicii Rotvvilensis.*
88. *An jurisdictio æquè ac Cameræ & aula Imp. minuta.*
89. *Spolii causa inter* **Ehehafften** *numeratur.*

90. Ratio inductiva Austregarum quoad Curiam Rotvvilensem non obtinet.

91. Rotvvilense judicium Austregis non attentis, in causis cognoscere potest.

92. Sufficit dispositionem in uno verificari.

1. SI in primam Austregarum privilegiatarum originationem & constitutionem accuratè inquiritur, diversæ reperiuntur opinationes.

2. Autor anonymus des gründlichen Vnterrichts von der im H. Röm. Reich entstandenen / aber seithero nach vnterledigten Frage: Ob der Käyserl. Hoffrath mit vnd neben dem Käys. Cammergericht zu Speier *concurrentem jurisdictionem* in allen vnnd jeden Sachen ohne vnterscheid habe. *Anno 1614. impress. fol. 11. & Martin Rumelin. dissert. 1. part. 2. ad Aur. Bull. Carol. IV. Coroll. 1.* primævæ consuetudini Germaniæ adscribunt, quod ante ipsos inform. Donavverd. *pluribus in locis* docuit, & evincere conatus

tus fuit, cujus verba, quia plurimùm ad dilucidationem hujus materiæ 17. conferunt, huc adſcribere libuit: Ita *part. 1. fol. 115. ſcribit:* Die Churfürſten / Fürſten vnnd Ständ des Reichs von alters hero / ꝛc. ſondern auch noch mehrers / vnd ſo weit eximirt geweſen / daß auch in jhrem belieben geſtanden iſt / vnter ſich ſelbſten ſonderliche gewillkührte rechtliche Außträg / deren auff den heutigen Tag noch viel zu finden seynd / zu machen / vnd ſich deren / oder aber in mangel derſelben / jhrer vhralten befreiten Fürſtlichen Außträgen zu gebrauchen / vnd derowegen zweiffelhafftig geweſen / ob es nochmals bey ſolchen Fürſtlichen herkommen / zu laſſen / oder aber die Sachen zu dieſem newen Cammergerichte / als welches nicht allein in des Käyſ. Majeſt. ſondern auch des Reichs vnd aller Ständ Nahmen ſelbſten / angeſtellet worden / zu ziehen seyn ſolten / So iſt damalen in bemelter erſten Reichstag zu Wormbs

Anno 1495. zwischen Käyser Maximiliano dem ersten dieses Nahmens/ vnnd den Ständen dahin verglichen vnd verabschiedet / auch hernach im Jahr 1521. vnnd 1555. abermals bestetiget / Insonderheit aber der Cammergerichts Ordnung part. 2. tit. 1. & seqq. einverleibt worden / daß eines jeden Stand angehörige Vnterthanen / in jhren ordentlichen Gerichten / dergleichen/die Churfürsten/ Fürsten vnd Fürstmässigen bey jhrer gewilführten / oder aber/auff dem fall einer oder ander solche nicht hette / bey jhren vhralten / ohn das privilegirten Fürstlichen Außträgen / vnnd zwar dergestalt gelassen werden solten / daß nemblich Churfürsten/Fürsten/vnd Fürstmässige ein ander nicht vor einem Römischen Käyser/ oder dessen Hoff Räthen/noch auch vor einem andern geringern Stand / sondern ob præcellentiam & dignitatem personæ, allein vor jhres gleichen / nemblich einem regierenden Churfürsten/

sten/Fürsten/oder Fürstmässigen/ welchen der Kläger vnter vier vorgeschlagenen halb Geist: vnnd halb Weltlich/ erwehlen wird/beklagen sollen/etc. auch darbey noch ferner verabschiedet / da ein Churfürst / Fürst oder Fürstmässiger nicht von seines gleichen / sondern von einem geringern / nemlich einem Prælaten/ Grafen/ Herren / oder andern rechtlich vorgenommen würde/ daß solches ninderswo / als vor jhrer der Churfürsten / Fürsten / vnd Fürstmässigen selbst eigenen Räthen geschehē sol/ Bey welchen Austrägen / als einer sonderbaren vhralten hohen exemtion die Chur: vnd Fürsten jederzeit starck vnd steiff gehalten / also daß im Jahr 1495. vnd 1500. als erstlich von den Ständen das Cammergericht bewilliget/vnd erwogen worden/ sie solche jhre Freyheit fleissig in acht genommen / vnd darumb die Cammergerichts instantz nicht in totum, sondern mit gewisser maß / vnd darzu nicht bestendig /

son-

ſondern nur auff ein Zeit von Jahren eingangen / alſo daß ſie in jhren Erinnerungs Schreiben an Weyland Käyſer Maximilianum I. Anno 1503. ſolche jhre Churſtand / Fürſtliche Freyheiten nochmals hochangezogen / vnd daß ſie ſich derſelben anders nicht / als nur guter meinung / vnnd allein nach laut der Ordnung / vnd weiter nichts begeben haben / Nach dem aber auff dem hernach erfolgten Reichstag zu Wormbs im Jahr 1521. ſich begeben / daß die Grafen / Herrn / Ritterſchafft vnd Städ ſich dieſes Fürſtlichen Außtrags / als dardurch ſie nicht förderlich recht erlangen könten / etwas hochbeſchwert / vnd vmb eines förderlichen Rechtens gebeten / hingegen aber Chur- vnd Fürſten ſich aus vorauffgerichter Ordnung außträglichen Rechtens / vnd jhrer Chur- vnd Fürſtlichen Freyheit zu begeben / nicht vnbillich beſchwert / als haben ſie endlich aus der Vrſachen / damit ſie nicht darvon angeſe-

geſehen werden/ob trügen ſie des Rech=tens ſchew/oder andere auffzuhalten begerten / ſich obangeregten jhres beſtreiten Fürſtlichen Rechtens noch ein mehrers / vnd ſo viel begeben / daß ſie nach Acht vnterſchiedliche außträgliche Weg / vor welchen ſie von Grafen / Herren vnd Ritterſchafft beklagt werden ſollen / eigewilliget vnd zugelaſſen; Inmaſſen ſolches vnd obiges alles nit allein in nachfolgendē vielen Reichs Abſchieden / vnd verbeſſerten Cammergerichts Ordnungen / mit mehrern confirmirt vnnd beſtätiget / ſondern auch noch darzu weiter diſponirt worden / wie vnd vor welchem Richter hiegegen Churfürſten/ Fürſten vnd Fürſtmäſſigen/die Prælaten, Grafen/ Herrn vnd den Adel / dergleichen wie vnnd wo die Prælaten, Grafen/ Herrn vnd Ritterſchaffe dem Reich ohne mittel vnterworffen / einander ſelbſten zu recht machen vnd vornemen ſollen / vnnd damit man noch mehr ſehen möge / wie die

Chur=

Churfürsten/ Fürsten vnd Fürstmässige sich an jhre alte hergebrachte Außträg so beständig gehalten / vnd davon ohne guten Willen vnd special bewilligung niemals getrieben werden sollen / oder können/ so weisen die Reichsacta de Anno 1548. nach aller nothdurfft auß / gibt es auch der Reichs Abschied. §. nach dem sich auch/ ꝛc. sampt der Cammergerichts-Ordnung part. 1. 2. tit. 8. zu erkennen/ daß Keyser Carl in Sachen schlechte vnd nicht Landfriedbrüchige spolia betreffend/ mit den höhern Ständen sonderbare Vnterhandlung pflegen müssen / biß sie endlich jhr Majestät zu vnterthänigsten ehren vnd gefallen sich der Außträg / wie die in den Reichs vnd Cammergerichts-Ordnung jhrent halben versehẽ seynd / allein in diesen Sachen/ gemeine vnnd schlechte entsetzung belangend / etlicher massen begehrten vnnd aus billigem mitleiden / der entsetzten / etwas eingezogen haben / ꝛc. Auß welchen zu sehen

sehen / daß der Churfürsten / Fürsten vnd Fürstmässigen / Prælaten / Grafen / Herrn vnd Städten / vnd also den Ständen des Reichs / wie auch der Ritterschafft / so dem Reich ohne mittel vnterworffen / jhre gewisse vnd bestendige Richter / primæ instantiæ geordnet / vor welchen sie ordinariè vnd vor allen dingen / vnnd sonsten wider jhren Willen nindertwo / weder vor dem Keyser / noch dem Cammergericht / rechtlich besprochen / oder beklagt werden können oder sollen / Et fol. 146. Man kan der Donawerdischen Relation fol. 95. gar nicht nachgeben / daß vor auffrichtung des Cammergerichts Ordnung / alle vñ jede Personen / vnnd Sachen / so ohne mittel der Käyserlichen jurisdiction vnterworffen / allein vor den teutschen Röm: Käysern vnd sonsten nirgends gerechtfertiget werden müssen. Darumb auch vergebens mit jhme an bemeltem fol. 95. viel zu disputiren, ob vnd was sich Käyser Maximilian

im

im Jahr 1495. bey verfassung der Cammergerichts Ordnung begeben vnnd vorbehalten haben solle / dieweil darneben des Reichs herkommen vnd gewonheiten in Chur: vnd Fürstlichen Außträgen / denen Ihr Majestät eben so wol als die Ständ abwarten sollen/vnd solchen weder zuvor/noch hernach ichtwas nehmen können oder wollen/ oberwiesener massen allbereit offenbahr/vnd in observantia gewesen / allein daß die Außträg nach vnd nach in besser Ordnung gebracht / Et fol. præced. 142. scribit: Die Ständ seynd nindert anders / als vor ihres gleichen Chur: Fürsten vnd Fürstmässigen / als à primævæ Germaniæ consuetudine hergebrachten Außtrags Richtern rechtli-
3. chen vorgenommen worden.

Sic Tob. Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. c. 4. n. 141. sub fin. autumat*, ante Constitutionem Maximiliani I. Electores & Principes privilegiatas Austregas habuisse, *per text. in* §. vnnd

wie-

wiewol *tit. 4. part. 2. Ord. Camer. in verb.* außträglichs Rechtens vnd jhrer Churfürstlichen vnd Fürstlichen Freyheit.

Et Quir. Cubach. *discurs. de Austreg. qui extat in tom. 4. jur. publ. Jenens. n. 49* itidem putat, ante Cameræ constitutionem Austregarum privilegium Proceribus Imperii conpetuisse *per* §. welche sonderliche gewilkührte. *tit.* wie Churfürsten. *Receß. Imp. de Anno 1495. & p. 2. Ord. Cam. tit. 2.* Per quem textum 4.
motus Leonh. Beckmann. *disp. ad ordin. Cam. 1. thes. 37.* statuit, hoc privilegium Austregarum non primùm post institutum, per ordinationem, Camerale judicium, sed multò ante tacitâ vel expressâ Imp. concessione obtinuisse. 5.

Contrà Autor der nothwendigen Erinnerung *ad Informat. Donavvert.* Austregarum privilegiatarum primam constitutionem Maximiliano I. 6.

D Imp.

Imp. adscribit, & pluribus adstruit, cujus itidem verba, ob anteà allegatam rationem transcribere volui, *fol.* 180. *& seq. part.* 1. ita scribit: Daß man aber / wie *Infamator fol.* 145. schreibet / in mangel derselben (puta gewilkührtẽ) auch noch vhralte befreite Fürstliche Außträg / vnd bey auffgerichten Cammergericht der Zweifel fürgefallen / ob es dabey zu lassen / findet sich weder in dem Context besagter Ordnung / noch auch in desselben Reichstags actis nit / also so lang des Infamatoris figmentum bleibt / biß ers darthut auff welchen fall / oder da dem also seyn sol / man wol weis / sich nach demselben zu accommodiren, jetzt so lang widerspricht man es vmb so viel desto mehr / daß er gleich in wenig Zeiten hernach die offenbahr Vnwarheit Anno 1495. verglicchen vnd verabschiedet / vnd sonderlich der Cammergerichts Ordnung *part.* 2. *tit.* 1. *& seq.* einverleibt zu seyn / fürgibt / daß Chur-Fürsten / vnd Fürstmässi-

mässige bey ihren uhralten ohne das privilegirten Fürstlichen Außträgen gelassen werden. Dann in dem Anno 1495. ergangenen Abschied/ und damals auffgerichter Ordnung / dergleichen vergleich gar nicht/ sondern allein bloß die disposition ohne anziehung oder begebung Chur- und Fürsten Freyheit zu finden / etc. *tit.* Wie Churfürsten / Fürsten/ ein ander zu Recht fordern sollen / Welche sonderlich gewilkührte „ rechtliche Außträg nicht hetten / sol der „ Kläger den Beklagten umb recht ersu- „ chen/ und Beklagt darauff in vier Wo- „ chen vier Churfürsten oder Fürstmäs- „ sigen ernennen / Aber von andern uhralten Fürstlichen Außträgen ist daselbst/ oder in der Ordnung Anno 1521. 1555. *part.* 2. *tit.* 1. hievon / oder daß solches domals in Zweifel gezogen/ kein einiges Wort; wie ebenmässig nicht war/ daß (des Infamatoris *fol.* 116. anzeig nach) in einiger Cammergerichts-Ordnung iemals in specie oder so außdrücklich

disponirt sey: Daß Chur: vnd Fürsten ein ander nicht vor einem Röm. Käyser/ oder desselben HoffRäthen: Desgleichen aber nicht war/ daß dieselben allen vor jhres gleichen: Gleichfals nicht war/ daß dieselben laut *fol. 110. 120.* Informationis, nicht vor einem ringern/ als Prælaten/ Grafen/ Herren/ oder ninderstwo/ als vor jhres gleichen beklagt werden sollen/ Item/ nicht war/ daß nach seinem fürgeben/ *fol. 120. & fol. 128.* allen Ständen auch der vnmittelbaren Ritterschafft jhre gewisse beständige Richter primæ instantiæ geordnet seyn/ vor welchen sie ordinariè vnnd vor allen dingen/ vnnd sonst ninderstwo/ weder vor dem Keyser/ noch dem Cammergericht rechtlich besprochē werden können/ Dann die Reichs-Städ/ ausserhalb etlich wenig/ so privilegirt seyn (welche Infamator Ständ des Reichs zu seyn nicht wird läugnen) haben regulariter vnd ins gemein gar kein Außträg/ sondern können von

Chur:

lenſem, Aulam Cæſaream & Cameram obtinet ratio, & d. tit, 8. p. 2. ord. Cam. verificari poteſt in ordinibus, qui Curiæ Rotvvilenſi non ſubſunt, & qui ab eadem exemti, uti ſunt Electores, Principes & Principales cum aliis quibusdam, nt ita diſpoſitio illa non ſit otioſa & inanis, in prædictis, quod ſufficit, licet quoad aliquos locum non inveniat.



Caput

Caput III.

Quibus Statibus Competat jus Austregarum, seu quæ personæ gaudeant privilegio Austregarum.

Summaria.

1. *Austregæ tantùm certis ordinibus competunt.*
2. *Fichardus putat primi ordinis personas civitates Imper. convenire volentes, id coram Austregis facere posse, quem Mindanus refutat. n. 3.*
4. *Notatur Rhevvalt.*
5. *P P. Civitates suas provinciales coram Austregis convenire nequeunt.*
6. *Actor sequitur forum rei.*
7. *Forum quod Civitates Imp. ante constitutionem Austregarum habuere, mutatum est.*
7. *Civitates quædam Imp. singulari privilegio vel præscriptione peculiares & certas habent Austregas.*
8. *Licèt civitates Imper. Austregas non habeant, nihilominus tamen status Imperii sunt & jura territorialia obtinent. n. 16.*
10. *Rejicitur Knichii opinio.*
11. *Curtius senior ad jus territoriale habitum dignitatis, ut ducalis, non requirit.*
12. *Advocatus Brandenburgensis Civitates Imper. superioritatis, meri & mixti imperii incapaces esse contendit; n. 13. rejicitur ejus opinio.*

14. Quod

14. *Quod jur. vet. de civitatibus municipalibus proditum inepte ad Civit. Imper. extenditur, nec status modernus ex isto jure dijudicandus.*

15. Landsfürstliche Obrigkeit *juri veteri ignota, demum post tempora Caroli M. inventa & reducta.*

17. *Vocab.* Landsfürstlich *an personale.*

18. *Licèt de civitatibus Imp.* Landsfürstliche Obrigkeit *prædicari nequeat; tamen iis competit* Landshoheit/Landsobrigkeit vñ Herrligkeit.

19. *Imp. jurare tenetur* die Ständ bey jren hoheiten vnd würden ohne eintrag bleiben zu lassen.

20. *Nobilibus immediatis jura territorialia competere quidam volunt.*

21. *Austrega quibus quædam Civ. Imp. gaudent, nihil commune cum hisce privilegiatis habent.*

22. *Ordines qui Austregis fruuntur, status quidam sunt; nonnulli non item.*

23. *Licèt quidam Nobiles immediatos statibus ascribant, tamen id falsò fit. n. 25.*

24. *Qui primam instantiam in Camera habet, statum esse vult, Zigler. sed rejicitur. n. 26.*

27. *Capitula quædam & monasteria reperiuntur, qui immediatè imperio subjecta.*

28. *Nobiles olim statuum nomine & numero venire.*

29. *Aut.* der nothwendigen erinnerungen *ad Inf. Donavvert. vult, nobiles Comitiis non ut status sed ut Consiliarios interfuisse, rejicitur ita.*

30. *Quod nobiles hodiè ad Comitia non vocantur, id in eorum favorem fieri quidam volunt, quod n. 31. rejicitur.*

32. *Status verè qui sint.*

33. *Ficti status qui?*

34. *Tutores illustrium personarum Austregis ratione pupillorum utuntur.*

35. *Capi-*

35. *Capitulum sede vacante Austregis non fruitur, rejicitur. n. 39. & 44.*
36. *Capitulum non est status.*
37. *Austregæ sunt stricti juris.*
38. *Schwanman, malè allegat Rodingum.*
40. *Capitulum succedit Episcopo in temporalibus nec est inferius ipso.*
41. *Capitulū sede vacante cur in Camera conveniatur.*
42. *Ad hoc usq; is Austregis gaudeat, non requiritur qualitas status.*
43 *Licèt capitulū verè non sit, tamen eum representat.*
45. *Capitulum nunquam moritur, & perpetuus est ad Capitulum pertinentium heres.*
46. *Feuda titulata & regalia apud Capitulū sede vacante permanent, & Capitulum* des Stiffts Erb-Herr *dicitur.*
48. *Capitulum sede vacante ad Comitia & alius conventus citatur.*
49. *Si Capitulum sede vacante Austregis destituitur, tunc absurdum inde sequitur.*
50. *Capitulum sede vacante dignitatis & privilegia non amittit, & instar tutoris est.*
51. *Capitulū sede vacante juribus prædefuncti Episcopi modô quôdam accretionis utitur, secundū Paurm. n. 52. jure retentionis secundum Zigler n. 53. rejicitur utrunq;.*
54. *Electorum origo.*
55. *Electores superiorem non recognoscere contradictoriè scribit Ruland.*
56. *Archiduces. 57. Duces 58. Comites palatini, provinciales, limitanei, Castrenses.*
59. *Principares ratione sessuræ & suffragiorum in Comitiis, nec non privilegiorum primæ instantiæ in ordine prælatorum ac Comitum relinqui putat Paurmeist. rejicitur. 60.*

61. *In*

61. In constit. Imp. ubi vocab. Fürstmässig *non fi-mentio, nibilominus sub vocab.* Fürsten / *Principes continentur.*

62. Prælatorum nomine in Ordin. qui veniant.

63. Comites dispescuntur in duas classes.

64. Barones qui privilegiatis instantiis frui volunt immediatè esse debent.

65. Ecclesiasticis competit privilegium Austregarum non quatenus tales, sed quatenus seculares & statu

66. Licèt Ohm. adversetur n. 66. tamen ejus sententia falsa. n. 67.

68. Ecclesiasticis venari licitum.

69. Ergò præsul Verdensis primus privilegium venationis ab Ottone postulavit & impetravit.

70. Ecclesiastici duplicem sustinent personam.

71. Arnoldus Brixianus hæreseos condemnatus, qui Episcopis jura Principes expetere inficiatus.

72. Protestantes etiam duplicem personam repræsentant.

73. Ecclesiastici si nondum investiti ab Imp. an ju Austregarum habeant? Neg. n. 74. & seq. Adj. n. 79. & sequentibus.

74. Nuda electio & postulatio Ecclesiasticos non faciat Principes.

75. Licèt capitulum jus eligendi Episcopum habeat non tamen aliter electio Episcopum facit, quàm regalia ab Imp. obtinet.

76. Principes imperii sunt qui de principatu investiti

77. Ecclesiastici ante investituram nec perscriptione nec successione jura Princip. habent.

78. Non tantùm Episcopo tribuit electio, quantum aliàs successori successio confert. rejicitur. n. 79 & 86.

Epis-

80. *Episcopi à Ludovico pio inter PP. imperii cooptati.*
81. *Frustrà cooptatio Imp. si investitura demùm Ecclesiasticos Principes faceret.*
82. *Capitulum sede vacante jure Austregis suis, & illud jus per electionem vel postulationem in electum vel postulatum transfert.*
83. *Ecclesiastici electi vel postulati ante investiturum titulum, nomen, honores & jura, quæ ad Capitulum spectant, habent, & à reliquis statibus ut & Imp. pro Princip. reputantur & salutantur.*
84. *Ecclesiastici ante investituram ad omnia onera tenentur, quæ reliqui status & Princip. præstant.*
85. *Necessariò evincitur Ecclesiasticos ante investituram Austregas habere.*
87. *Sicut in secularibus investitura magis est juris pacto ac providentiâ primo acquirenti quæsiti confirmatio & declaratio, ita etiam in Ecclesiasticis investitura confirmat & declarat jus per electionem vel postulationem datum.*
88. *Investiendus habetur pro investito.*
89. *Ecclesiastici licèt à Papa non confirmati, tamen jure Austregarum gaudent.*
90. *Ecclesiasti nostri, quæ eorum concernunt officium, Austregas non habent.*
91. *Diversi respectus in unum eandem personam cadere possunt, & diversum jus tribuunt.*
92. *Vicarii imperii quatenus tales Austregas non habent.*
93. *Seculares Principes jus Austregarum habent, licèt administrationi non præsint,* ob sie schon nit regierende Fürsten.
94. *Privilegium Austregarum non personale non patrimonale.*

95. *Immediata subjectio sine territorio consistit.*
96. *Status Imper. est dignitas personæ non qualita[s] patrimonii.*
97. *Singuli Principis vel Comitis filii, Principes ve[l] Comites sunt & domini, licet divisio Principatu[s] vel Comitatus inter eos facta.*
98 *Nemo Dux Comes &c. dicendus, nisi qui cum Ducatu vel Comitatu investitus, quod limitatur [&] declaratur n. 99*
100. *Principes in suos liberos non secus ac in alio[s] subjectos jurisdictionem exercere possunt, repro-batur n. 102 & n. 113.*
101. *Liberi cum parentibus actu parilem dignitatem non habent.*
103. *Parentes ac liberi pari coruscant dignitat[is] splendore, & respectu Imper. privati sunt.*
104. *Par in parem non habet potestatem.*
105. *Privato in privatum non competit jurisdictio.*
106. *Pater filio & contra jus dicere nequit.*
107. *Liberi Principum Comitum etiam vivis paren-tibus status sunt.*
108. *Filius non minus ac pater jurisdictionis capa[x].*
109. *Fratres qui voluntariè juri, quod in Principat[u] vel Comitatu habuêre, renunciarunt, in favo-rem fratris protogeniti; ipsius jurisdictioni su[b]-jecti sunt.*
110. *A jurisdictionis exercitio ad majorem dignita-tem argumentari non licet.*
111. *VVilhelmus Auriaci Princeps incusat Regem Hi-spaniæ, quod filium paucorum inquisitorum ju-dicio capitali submiserit.*
112. *Bassanus Rex Sicambrorum proprio filio in a[d]-ulterio deprehenso non pepercit.*

114. *Lib[eri]*

4. Liberi à patre nobili, à matre verò ignobili, nati Austregis gaudent. & n. 133.
5. Liberi in consequendis honoribus & privilegiis patris conditionem sequuntur.
6. Uxor ignobilis mariti nobilis conditionem & dignitatem consequitur.
7. Filii à matre ignobili & patre nobili procreati in feudis & allodiis succedunt.
8. Matris ignobilitas liberis non nocet.
9. Nobilis per subsequens matrimonium legitimat liberos ex ignobili concubina natos, ut ejusdem cum ipso sint dignitatis.
1. Liberos à patre nobili & matre ignobili genitos non iisdem privilegiis & dignitatibus cum patre frui quidam volunt, reprolatur. n. 121.
. Vocab. könten in Ordin. Regimenti quomodo intelligendum.
. An in capitula majora, die hohe DomStifft tantum nobiles ex utroq; parente nobili nato admittantur. & n. seq.
Consuetudo, quod tantum nobiles in Capitula majora adsumantur, invalida est.
. Consuetudine Germaniæ nobilitas utriusq; parentis quatenus attendatur.
Majus ac minus non alterat speciem.
Si quis ad principalem vel Comitivam dignitatē vehatur ab Imp. omnibus juribus & privilegiis, nibus reliqui Principes vel Comites utuntur, audet.
Adoptivi juribus & privilegiis adoptantis fruntur.
Bechtio consuetudo Germaniæ non adstipulatur.
Besoldo exemplum Marchionis Badensis non trocinatur.

132. *Uldaricus Dux Bohemiæ ex ima plebe uxorem duxit.*

134. *Intellectus c. un. 2. F. 29. & n. 137.*

135. *Fratres ex matrimonio ad morganaticam contracto editi, fratribus in feudo suo cedunt.*

136. *Multa usibus feudorum recepta, quæ juri communi non consentanea.*

138. *D. c. un. 2. F. 29. etiam in emphyteusi locum obtinet.*

139. *Pactum ad morganaticam non adeò iniquum.*

140. *Legitima debetur quidem de jure, sed ex usu Reip. augeri & minui potest.*

141. *Quantitas legitima olim quarta pars, hodie triens est vel semissis pro numero liberorum, & hodiernis moribus minui & augeri potest.*

142. *Legitima planè tolli potest, si provideatur statuto ab aliquo, quod loco legitimæ.*

143. *Pactum ad morganaticam congruit juri divin*

144. *Jus primogenituræ est juris divinitatis, gentium, Canonici, civilis, sanctioris & æquoris, &*

145. *Grimbergæ in Brabantia minor natu exclu reliquos.*

146. *Pacto morganatico congruit consuetudo Nobi in Germania, dum filiæ dote loco legitimæ accepta renunciare tenentur hereditati paternæ.*

147. *Austregas non tantum filii, sed & filiæ, imo uxores habent.*

148. *Imp. Rom. si ut Dux vel Comes convenitur, Austregas habet.*

149. *Nobiles immediatè magna habent privilegia & secundum quosdam jura territorialia.*

150. *Majora privilegia habent quàm Austriaci Comites & Barones.*

151.

51. *Immunitatem à vectigalibus Principes & Comites nec jure communi, nec consuetudine sibi vindicant, benè tamen id nobiles facere possunt.*
52. *Libertatem unde Nobiles adepti.*
53. *Nobiles in tres dividuntur classes.*
54. *Franconia sex habet loca, in quæ divisa est.*
55. *Quilibet horum locorum habet Capitaneum junctim directorem, quotannis tres conventus habere debent.*
56. *Suevica nobilitas in quinq; loca dispersa.*
57. *Rhenani nobiles libertatem non ex se, sed quatenus Ganerbii vel Burgmanni sunt, adepti. Reprobatur. n. 158. & seq.*
59. *Sunt nobiles Rhenani qui nihil de ullo Ganerbiatu participant.*
60. *Alia sunt jura & privilegia Ganerbiorum, alia nobilium.*
61. *Ganerbii plerunq; mos peculiares habent Austregas.*
62. *Rhenani ex eo libertatem adepti creduntur, quod tractatus Rhenanus nunquam uni principi vel Domino paruerit.*
63. *Nobiles immediatè Austregis fruuntur, etiam ratione bonorum, quæ mediatè sub alio possident.*
64. *Nobiles non quatenus tales coram Austregis non conveniuntur.*
65. *Privilegiis nobilium insidiæ struuntur.*
66. *Contra Landsassialum prætensum decernitur mandatum Imperiale.*



1. DIctum suprà in capite i. be neficium Austregarum sta tibus in genere omnibu non sed certis tantùm ordinibus Im perii competere, ne aliàs includan tur exclusæ vel excludendæ civita tes, & contrà excludantur inclu vel excludendi, Nobiles Imperi
2. immediatè subjecti. Sanè Johan Fichardus *cons. 129. in qua 3. part.* contendit, quod Principes civita tem imperialem convenire volen tes, id coram Austregis *juxta tit.* *part. 7. Ord. Cam.* facere possint, ne deterioris conditionis respectu civi tatum, quàm Prælatorum, Comi tum, Baronum & Nobilium cense
3. antur esse. Verùm enimverò non sine ratione rejectat hanc opinio nem Mindanus *lib. 1. c. 19. n. 22. de*
4. *proces. in Cam extrah.* (licèt Elias Rhe vvalt. de crim. Læs. Majest. concl 13. Mindanum, ac si Fichardo con sentiret, sed malè, alleget) nam

Fichar

Fichardi opinatio vera, tunc Principes & quando Civitates suas provinciales convenire vellent, id coram Austregis, eâdem ex ratione, expeditum ire possent, quod falsum. *Mynſ. 5. O. 1. n. 1. Gail. 1. O. 1. n. 12.* ubi ad Cameram recurrendum hoc casu dicunt, nisi aliter inveterata consuetudine, vel speciali privilegio sit receptum vel provisum, quæ consuetudo vel privilegium, probanda. ita in causa. N. contra duces S. *Anno 1564. 27. Novembr.* in Camera judicatum, & in causa N. Episcopi zu N. & N. Comitis zu N. contra N. Ducem N. & consortes Anno 1567. 17. Mart. & An. 1572. 19. Novemb. in caus. N. Comit. in N. contra N. Ducem. N. Et Fichardi opinionem satis evidenter convellunt præjudicia Cameralia, nam ita Michaël *de jurisdict. concl. 36. l. B.* observatum in causa Sassen Lawenburg contra Lübeck. Mentz contra Erfurt / Mechelburg 5.

contra Roſtock teſtatur Mindan. *d l.* Plura præjudicia, qui velit, reperiet apud Compilat. præjudic. Cam. *verb.* Außträg *in pr. &* §. *Civitates.*
6. Et licèt ratio à Fichardo adducta plauſibilis, nihilominùs illam, quod actor ſequi teneatur forum rei, infringere non valet: atqui forum
7. quod Civitates ut reæ ante conſtitutionem Auſtregarum habuere, immutatum non viſitur, imò *tit. 27. d. part. Ordin. Camer.* confirmatum creditur, cum inibi diſponatur omnes jurisdictioni Imper. ſubjectos, nec ab ea per Auſtregas hujus conſtitutionis vel ordinationis alia privilegia, immunitatesq; exemtos in Camera conveniendos: atqui Civitates Imp. nec per Auſtregas, nec privilegia immunes ſunt ab Imper. jurisdictione. Ergò. Quod inſuper confirmatur & declaratur *ex d. part. 2. Ord. Cam. tit. 2. & ſeq.* ibi etenim certi ordines expreſſi, qui Auſtre-

ſtregis, fruuntur, inter quos caſus ille omiſſus meritò remanet, ſub diſpoſitione juris cōmunis *l. 32. Cod. de appellat. l. 27. Cod. de teſtam.* maximè cum illa, quæ notabiliter fiunt, niſi exprimantur ſpecialiter, pro omiſſis reputentur. *l. 13. §. 26. de injur.* Conſentit Th. Mich. *d. concluſ. 36.* ubi Cameram in Civitates imperiales directò & ſine ullo intermedio jus dicendi facultatem habere, cum in iis privilegium primæ inſtantiæ ceſſet, dicit.

Nec eſt ſi dicas, quaſdam Civita- 8.
tes Imper. Auſtregas habere; nam illud hoc non quadrat, cum hîc loquamur de Auſtregis privilegiatis ex conſtit. Imperii, non de certis peculiaribus, quas hæc vel illa civitas ſpeciali privilegio, vel præſcriptione acquiſivit. Ex hoc tamen, 9.
quod civitates Imperii ex ordinatione nullas Auſtregas habere dico, ſimul aſtruere nolo, quaſi ſtatus

imperii non ſint, nec jura ſuperio-
ritatis habeant: dudum ſiquidem
10. exploſa eſt Saturnina illa Knichii
contrà nitentis opinio *in tr. de jur. terr. c. 1. n. 148. & ſeq. & in velitat. a-*
11. *polog. n. 15. 120. 130. & ſeq.* in ſua Encxclop. per tot. cui favere videtur
Curt. Sen. conſ. 68. n. 5. & ſeq. dum
requirit habitum alicujus dignitatis, qualis eſt ducalis, Marchionalis, Comitalis, &c. ut quis ſit capax
regalium per c. 1. poſt pr. 1. F. 1. c. 1.
verb. aliquâ regali dignitate. 1. F. 14.
12. Et advocatus Marchionis Brandenburgenſis Georgii Friderici a. r. in
reviſione Nürnberg contra prædictum Marchionem die fräiſchliche Obrigkeit betreffend / probare anniſus,
ac ſi civitates imper. juris ſuperioritatis, meri & mixti imperii incapaces, *per textum in l. Magiſtratibus & ibi Br. Bl. Caſtr. Alex. Iaſ. & Doctores comm. de jurisdict. l. defenſores nil ſibi. Cod. de defenſ. civit. §. nulla. & ib. gloſſ.*

ſup.

ſup. verb. juriſdictione, in auth. de defenſ. civit. Br. in. l. imperium. n. 7. & ibid. Doctores de juriſdict. Idem in l. 1. n. 3. de damn. infect. ſpecul. in tit. de juriſdict. §. & ib. Ioan. Andr. in addit. Bl. in tit. de Pac. Conſtant. in verb. in criminalibus Alex Vant. de nullit. rubr. ex defect. juriſdict. in l. jubet cavere. n. 7. de juriſdict. ordin. n. 34. dixitq; d. Advocatus hanc communem eſſe Doctores concluſionem, imò expreſſam juris definitionem, daß die Landsfürſtliche Obrigkeit allein den Churfürſten / Fürſtmäſſigen vnd Grafen zuſtändig / juxta textum clarum *in l. illicitas. §. qui de offic. præſid.* Verùm quàm longè hæc à verò abſint, nemo non advertit: nec è re duco eſſe, pluribus adductis reſpondere, cum cuivis notum in optiſſimum eſſe, id quod de civitatibus municipalibus in jure veteri proditum, applicare civitatibus imperialibus, vel juriſdictionem & ſtatum modernum ex 14. 15.

illo

illo ejusq; interp. dimetiri, dijudicaréve velle, cumprimis hoc casu, quo die Landsfürstliche Obrigkeit juristi ignota. *Meichs. tom. 2. decis. Cam. part. 1. Dec. 8. n. 54. vol. 1. fol. 810. & part. 2. dec. 4. n. 171. d. v. tom. 2. f. 260. Gilman. in symph. Cam. part. 1. tit. 2. de reconvent. n. 58. Meichs. t. 2. decis. Cam. lib. 1. decis. 8. n. 4. vers. primò non satis demonstratur. & t. 2. lib. 2. decis. 4. n. 171. vers. unde nec novum. Bidenbach. quæst. 1. n. 1.* & post translatum imperium à Carolo Magno ad Germanos, demùm introducta, variè dehinc usurpata, multisq; modis adaucta *Matth. Steph. de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. c. 6. n. 8.* Engelbrecht *de jurisdict. conclus. 62.* ubi Ottonibus hoc adscribit. *V. Minus de jur. territ. conclus. 21.*

16. Quapropter inconcussa manet ab
„ aliis invictis rationibus astructa, in-
„ numeris auctoritatibus vallata, pu-
„ blicaq; per totum imperium obser-
„ vantiâ approbata sententia, civita-

tes

tes nimirum imperii liberas ſtatus imperii eſſe & jura territorialia obtinere. 17. Nec refert, quòd vocabulum Landsfürſtlich de iis prædicari nequeat: nam nondum evictum vel edoctum, quòd jus perſonale, nec reale ſit, imò merè reale eſſe res ipſa demonſtrat, & civitates imper. jura Principum realia, ſed non perſonalia habere. Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 2. p. 2. cap. 1. n. 70.* dicit, quæ jura perſonalia tamen nihil ad territorium conferunt, cum etiam illis Principibus competant, qui territorium non habent, & imò illa, quæ civitates habent, in ſubſtantia & differentia formali nihil differunt ab iis juribus territorialibus, quæ Principes habẽt, *Steph. d. l. n. 73.* ut hinc ſolo nomine Landsfürſtlich & Landshoheit oder Lands-Obrigkeit/ & ſubjecto differãt, 18. deindè licèt perſonale tamen negari nequit, civitatibus competere, die Landshoheit/ oder Lands-Obrigkeit

und

vnd Herrligkeit / quæ in effectu eadem
19. dem cum Landsfürstlicher Obrigkeit / nec nisi nudo nomine differt. Sic in capitulationibus Imper. expressè jurare tenetur, die teutsche Nation des H. Röm. Reichs vnd die Churfürsten / als die vornembsten Glieder desselben / auch Fürsten / Grafen / Herren vnnd Ständ bey jhren Hoheiten vnd Würden ohn eintrag bleiben zu lassen / etc. Civitates Imperiales autem etiam status sunt, Ergò habent Hoheiten / & per consequens Lands oder hohe Obrigkeit; nam Lands oder hohe Obrigkeit vnd Hoheit idem est. Gædd.
20. in contit. de rest. Bal Vallend n. 66. & n. 448. Et si Nobilibus immediatis jura territorialia competunt; uti quidam volunt, *& infrà dicetur;* cur civitatibus illud denegandum, plura qui hac de re concupiscit, videat Gail. *2. O. 57. n 7. & de PP. c. 6. n.* 11. *lib. 1.* Dauth. senior: *in Hypolyp. per tot.* & Jun. *in disput. inaugur. quæst.* 1. Sixtin.

tin. *de regalib. lib. 1. c, 4. n. 82.* Apolog. meri Imper. Civitatis Spirens. in Cameral. *fol. 7.* S. Gentil. *de jurisdict. c 22.* Cothman. *resp. 29. a. n. 523. vol. 3.* Obrecht *de jurisdict. c. 5. n. 76.* Aut. des gründlichen berichts / der H. Röm. ReichsStad Friedberg Stand / Regalien / etc. betreffend. Ludov. Gremp. & Hieron. zum Lamb in jhren außführlichen Rathschlägen vnnd statlichen abgefasten Rechts bedanck / des H. Röm. Reichs Erbarn freyen vnd ReichsStädten Sessionstand vnd Stim betreffend. *Rutus Rul. de commis. lib. 5. c. 4. n. 41. p. 2.* Michaël de jurisdict. *concl. 44. inf.* CasparGlock *de contribut. conclus. 10.* Bruninus *de var. univers. specieb. conclus. 18.* Buxtorff. *ad Aur. Bull. conclus. 5.* Cluten. *in Syllog. rer. quotid. conclus. 27.* A. Coler. *de jure imper. Germa. sect. 41.* Arum. *ad Aur. Bull. disc. 1. th. 8. Besold. cl. 1. disp. de Rep. contra th. 10 & de jurisdict. quæ. 17. & seq. & pecul. disc. de jure & imperio*

rio Imp. Civitat. Siring. *de Pac. reliq. conclus. 39. lit. B.* Reinkingk. *de regim. secul. & eccl. lib. 1. concl. 4. c. 10.* Christianus Ming. *de superior. territor. c. 3.*
21. *n. 42. & seq.* Illud hic silentio non involvendum, quasdam Civitates Imperiales liberas certas Austregas habere, uti infrà cap. videre licet, quæ tamen nihil cum hisce privile-
22. giatis commune habent.

Ordines verò qui hujusmodi beneficio uti frui gestiunt, status sunt, vel non: Illi verè tales sunt, vel fictè: qui omnes præterquam qui status non sunt, vel primi vel secundi reperiuntur ordinis, atq; in utroq; Ecclesiastici vel politici visuntur.

Status sunt omnes, præterquam Nobiles immediatè imperio subje-
32. cti: nam licèt non desint, qui & hos statibus annumerant, *VVehuer. obs. pract. de V. S. verb.* Ritterschafft. *Zigler in comm. conclus. ad conclus. Calu. §. Austrega, conclus. 1. n. 6.* (qui tamen *d. l. §.*

l. §. Landsaßii concl. limit. 1. n. 45. & seq. p. 200. & seq. contrarium statuit) ubi 24.
& n. 4. post M. Steph. *lib. 2. part. 1. c. 4. n. 44. de jurisdict.* hanc maximam tradit, eum statum imperii esse, qui primam instantiam in Camera habet, *per tit. 1. part. 2. Ord. Cam.* tamen
illis notoria experientia contradi- 25.
cit, nec vera est modò allegata ma- 26.
xima Zigleri; aliàs Capitula libera, 27.
quæ immediatè imperio subjecta in temporalibus, & in Camera primam instantiam habent, ut sunt Bruxellense non procul à Spira **in Braurhein**/ Burchedensense propè Aquisgranum, Arnvillense prope Sarbruckum, & Cœnobium Eberacense in OstroFrancia, in ipsa ardua silva, **Steigerwald** situm, in quod omnium Præsulum Herbipolensium corda, corporibus post mortem execta, quatuor pulcris equis, honorifico currui præpositis avehuntur, ibiq; in templi choro propè ædiculam

corporis dominici ut vocant, tumulantur: Monasterium S. Michaëlis in colle Münchberg dicto, juxta Bambergam situm, status essent, quod falsum. Paurm. *2. de jurisdict. c. 9. n. 9.* ideoq; & prædicta regula falsa erit, & contra hîc constituenda, quòd is, quod coram Camera in prima instantia convenitur, immediatè imperio subjectus esse debet. Sanè si vocab. non propriè, sed nimis latè usurpatum dicatur, forsan illo-
28. rum opinatio toleranda: Nobiles olim statuum numero & nomine venisse, innuere videtur Aurea Bulla Caroli IV. in pr. & Bulla Sigismundi Imp. §. 2. & 4 Reform. Frider. III. Imp. Francofurt. An 1442. in pr. prout hoc latiùs deducunt Buxtorff. *ad Auream Bullam conclusio. 5. lit. C.* Cluten. *in Syllog. conclus. 26. lit. K.* Bertram. *de Comit. conclus. 39. Besold. Colleg. Polit. cl. 1. disp. 9. th.*
29. *16.* ubi rectè dissentit ab Autore der

noth=

nothwendigen erinnerung ad Inform. Donavv. f. 169. & 173. Nobiles non sunt status, sed ut Consiliarios Comitiis interfuisse, contendēte. Quod 30.
verò ad diætas solennes & publicas amplius non vocantur, id in eorum favorem fieri existimat Besoldus *d. l. Th. 17.* secutus H. Bruningum *de var. univers. speciebus conclus.* 18. qui hoc ex Ludov. Grempii & Hieron. zum Lamb Rathschlagen / von der Erbaren ReichsStände Stand vnnd Stim *in refutat. quartæ objectionis vers.* aber nach dem *f. m.* 52. desumsisse videtur. Sed hoc improbat Bertram. 31.
Disp. 1. interim licèt status non sint, tamen amplissima habent privilegia, uti infrà latiùs dicetur. Verè 32.
status eos intelligo, qui suo jure & ex sua persona tales sunt, quos communiter ex jure sessionis consultationis & vocationis, quod in Comitiis habent, describunt. *Gail. 1. arast, c. 6. n. 25. Engelbr. de jurisdict.*

concl. 140. Arum. ad Auream **Bullam.** Reinkingk. *de Reg. secul. & Eccles. lib.* 1. *class. 4. cap. 1. M. Steph. de jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 4. n. 30. & 46.* qui tamen dicto libro *2. p. 2. c. 1. n. 62.* dicit, in Rom. Imp. ſtatus reperiri, qui juxta ſtylum & obſervantiam imperii atq; Cameræ indubitanter ſtatus ſunt, ſed tamen ad conventus imperii nō vocari, licèt eô ipſô, quem ſtatum imperii eſſe *d. c. 4. n. 46.* dixerit, uti ipſe fatetur. Exemplificat hoc *d. c. 1. n. 61.* in Civit. Hamburg. & Brunſuicenſi, ſed malè. Viet: *de exemtione concluſ. 8. Paurm. 2. cap. 6. n. 2. & 3. de jurisdictione. Bertram. de Comitiis. concluſ. 26. Bortius in jurisprud. public. cap. 3. Concluſ. 8.* Fide illos nomine, qui
33. per repræſentationem tales ſunt & habentur, quod contingit in Eccleſiaſticis & Politicis tribus modis, quorum unus communis utrisque; reliqui proprii ſunt: Ille viſitur in Adminiſtrationibus vel vicem tenen-

nen-

nentibus PP. Ecclesiasticorum & Politicorum; ex his unus est propri- 34.
us secularibus, nimirum, quando Tutores illustrium personarum nomine suorum pupillorum conveniuntur. Tutores etenim sequuntur forum pupilli. *Gail.1.O.37.n.7. Mindan. de process. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 7. (*vide Consult. Sax. quæst.* 10. *lib* 4.) Alter peculiaris est Ecclesiasticis videlicet in Capitulo, sede vacante. Sanè 35.
Gailius 1. *Observ.30.n.*13. Autor præjudic. vel decis. Cameral. sub nomine Adriani Gilmanni *Verb. Capitulum f.64.* Capitulo hoc casu Austregas denegant ex eo, quòd non sit status 36.
imperii; & quod Austregæ juri communi superinductæ, ideoque strictissimam patiantur interpretationem, nec ad aliàs personas, quam quarum expressam faciunt mentionem, extendendæ sint, quam in partem inclinare videtur Schvvanman. 38.
Observ. pract. Camer. 19. *n.* 2. ubi Ro-

I 3 din-

dingum ita *in pandect. suis Cam. lib. 1. tit. 4. n. 14.* Sed malè ſentire tradit; ſiquidem ille loquitur de capitulis immediatè imperio ſubjectis, quæ ſtatus non ſunt. Expreſsè aſſentitur Barth. Volckmar. *de jur. Princip. cap. 13. n. 15.* quia beneficium hoc in eminentiam, qualem Epiſcopus nec Capitulum habeat, datur.
39. Aſt horum opinioni nequaquam
40. ſubſcribere poſſum: nam ſi Capitulum ſuccedit in temporalibus Epiſcopo, nec eſt inferius, ſed par ipſi, quia ejus vices gerit, exceptis merè perſonalibus, uti ipſe Gailius *d. l. n. 10. & ſeq.* fatetur, quo jure hoc beneficium Auſtregarum ipſi non concedendum ſit non percipio. Et di-
41. cat Gailius, cur in camera conveniri potuerit Capitulum ſede vacante, cum tamen nullus niſi immediatè ſubjectus regulariter in prima inſtantia ibi conveniendus, cujus immediatæ ſubjectionis ſeſe capitulum

lum ex se & per se gloriari nequit; nonne hoc fit per repræsentationem prædefuncti Episcopi vel Prælati seu potius intuitu futuri Successoris, cum quo processus deinde continuatur, ut ipse d. l. n. 13. attestatur. Certè aliam causam vix dabit. Quid ergò obstabit, quod nec hoc in casu eandem repræsentationem habeat? Nec movere debuisset Gailium, qui de Capitulo status nomen prædicari non poterit: Primò etenim sub initio hujus capitis dictum, quis sit status, si privilegio hoc gaudere desideret; sic nobiles immediatè status nomine non decorantur, nihilominus tamen hoc privilegio prædití sunt: Deinde licèt capitulum status non sit verè, ta- 43.
men talem repræsentat, & quod aliis competit jure proprio, hoc illud habet jure repræsentationis, quæ duo, causa diversâ, sed effectu æqualia sunt, *c. 3. Nov. 118.* Sic quod de-

ſtrictâ interpretatione adductum non movet, nam hic nulla fit extenſio de perſonâ ad perſonam, cum capitulum repræſentat tantùm defunctum vel futurum ſucceſſorem, & ſic non ratione ſui ipſius, ſed ut dictum, reſpectu defuncti Epiſcopi vel futuri ſucceſſoris, cum quo proceſſus deinde continuandus, hoc juris ſunt, ſicuti Tutores illuſtrium perſonarum ratione pupillorũ Auſtregis fruuntur, nec tamen eorum mentio facta in conſtitutione earundem. Idem reſpondetur ad rationem Volckmari, nam capitulo competunt, non quatenus tali, ſed quatenus repræſentat Epiſcopum vel Prælatum, qui eminentiam habet. Deinde nõ genuina & ſola proxima cauſa Auſtregarum eſt eminentia perſonæ, ſed ideò conſtitutæ, ne ſtatus & ſuperiores deterioris conditionis, quàm eorum ſubditi, uti ſuprà *in c. 2. n. 55. & ſeq.* demonſtra-

ſtratum. Ad præjudicium, quod Gailius *d. l.* adducit, reſpondetur, factum cum ſuis qualitatibus non ſimul narrari, ut intelligi potuerit, an illud in terminis terminantibus agat, vel non: Ideoq; illi non eſt fidendum. Idem contra Gailium 44.
ſtatuit Mindanus *d. l. c. 19. n. 11.* Arum. *in diſp. ad Auream Bullam 1. Theſ. 24.* Ilic. Umm. *diſp. ad proceſſ. judic. 4. n. 40.* Zigler *in concluſ. ad aur. praxin.* Calvet. *§. Auſtregæ concluſion. 1. n. 36.* Rumelin. *diſſert. 1. part. 2. ad Auream Bullam Coror. 3. ubi hæc mea approbat & me Gailio ſatisfeciſſe ſcribit.* Mind. *d. l. 1. c. 19. n.* 11. idq; ſeqq. argumentis corroborat, I. Quia Capitulum, 45.
quod nunquam moritur, verus ac perpetuus omnium ad Epiſcopatum pertinentium heres, unde & illa Electo aut poſtulato per electionem aut poſtulationem confert. 46.
II. Feuda imperii principalem dignitatem tribuentia apud capitu-

47. lum sede vacante permanent; unde & capitulares des Stiffts Erbherren dicuntur: Ergò & consequentia & adhærentia permanere censentur.
48. III. Capitulum sede vacante, ad Comitia & alios conventus vocatur, & per Syndicum & defensorem comparet: ergò per easdem causas primæ instantiæ expedire potest.
49. IV. Quod si capitulum hoc non haberet beneficii, tunc illud absurdi hinc consequeretur, quod Episcopus vel Prælatus institutus sede vacante in Camerâ litem in sui privilegii præjudicium ratam habere cogeretur, aut quod Camera, non permansuris ad decisionem usq; litibus frivolè & inutiliter fatigaretur. V. Sedes etsi vacat, tamen privilegia & dignitates non amittit;
50. Capitulum verò instar tutoris est sedis & Ecclesiæ vacantis, quæ utitur jure pupilli. c. auditis. 3. de restitut. in integr. ideoq; sicut Tutor

forum

forum pupilli, ita & Capitulum forum sedis sequitur. c. cum deputati de jurisdict. & ibid. Paurm. Notandum hîc Paurm *2. de jurisdict. c. 9. n. 21.* modo quodam accretionis Capitulum juribus Episcopi defuncti uti frui contendere, Ziglerum contra *d l. n. 38.* jure retentionis fieri velle *per c. cum olim de majar. & obed.* Verùm salvo aliorum judicio, id contrà repugnantem huic casui naturam juris accrescendi & retentionis tradunt. Hæc de iis, qui fictè vel per repræsentationem status sunt. Nunc de veris statibus secundum duos ordines in ordinatione constitutos agendum. Primi ordinis personæ, sunt I. Electores, de quorum origine, ut hîc longius inquiram necessarium non duco. *Videantur hac ac* ... *Ant. Coler. de jur. imper. Germ. sect. 45.* Cluten⁹ *in Sylloq. conclus. 24. lit. B.* Engelbrecht *de jurisdictione conclus. 141. Besold. diss. Nomicopolit. lib. 2. dissert. 3.*

51.

52.

53.

54.

n. 2. & seq. Norderm. de jur. Princip. concluſ. 19. & 84. Laiè Buxtorff. ad Auream Bullam concluſ. 14. Th. Mich. de jurisdictio. concluſ. 130. lit E. Heinric. Zolner de Reg. Roman. concluſ. 10. Matth. Steph. de jurisdiction. lib. 3 c. 5. n. 3. & seq. Schönborn *polit. 5. c. 32. Cyriac.* Spangenberg im AdelSpiegel *part. 1. lib. 10. cap. 7. fol. 264. B. Paurm. de jurisdict. lib. 2. cap. 2. n. 38. & seq. Heichius 1. quæst. 4. Knich. de Sax. de provoc. jur. verb. Elect. c. 1. per tot. & quos hi*
55. *allegant.* Notandum Rulandum de commiſ. *p. 2. lib. 5. c. 4. n. 20.* contradictoriè ſtatuere, Electores ſuperiorem non recognoſcere, cum ſint ſtatus imperii. II. Principes, ut ſunt
56. Archiduces *de quibus V.* Reinkingk *de reg. ſecul. & Eccleſiaſt. lib. 1. cl. 4. c. 10. Knich. de Sax. non provoc. Iur. Verb. Duc. cap. 4. n. 13.* Schönborn *in polit. d. l. 5. c. 38. Cluten. in Sylloge concluſ. 25. Steph. de jurisdict. l. 2 p. 1. c. 6. n. 73. & seqq. Norder. de jur. Princip. concl. 85. l. C.*

Frid.

Frid. de Nobilit. concl. 18. l. F. Duces 57.
Reinkingk. *d. l. cap. 12.* Schönborn *d. l. Cluten. d. l. conclus. 26. lit. B.* Comites Palatini Provinciales Limitanei, 58.
Castrenses hoc est Landgrafii, Marchiones & Burggrafii, *de quib. vide* Schönborn *d. l. Cluthen. d. l. lit. D. E. & F. G.* Reinkingk *d. l. cap. 13. Norder. d. l. D. E. & F. G. Fritz. d. l. lit. G. Knich. d. l. n. 30. & seqq. & n. 45. Stephan. dicto capite 6. n. 85. & seqq.*

III. Numerantur & nominantur Principares, hoc est, principali dignitate fulgentes *p. 2. Ord. Cam. rubr. & toto tit. 2. 3. & 4.* Sanè Paurm. 59.
2. cap. 9. n. 7. de jurisdict. Quem quidem amicus noster quodam in scripto secutus putat Principares oder Fürstmässige/ ut sunt Abbas Fuldensis, Hirschfeldensis, Comites Hennebergiaci, & alii dignitate quidem principum censeri, sed ratione sessuræ & suffragiorum in Comitiis & privilegiorum primæ instantiæ in-

ordi-

ordine Prælatorum & Comitum relinqui nec inter principes referri.
60. Verùm enimverò miror virum tàm doctissimum in hunc crassissimum prolapsum esse errorem, siquidem notoria experientia & subscriptiones Recessuum imperialium apertò contrarium quoad comitia evincunt, & quod de Austreg. opinatur, *tit. 2. 3. & 4. part. 2. Ord. Cam.* satis
61. expressis & rotundis verbis revellit, cùm inibi Electores, Principes, & Principares omninò ad paria censeantur, uti ex litera patet, & aliâs quando hujus vocis non fit mentio, verbo Fürsten unà cum aliis PP. in constitutionibus Imperii continentur Principares, Sixt. *de Regal. lib. 1. c. 4. n. 23. Fritz. de nobilitate conclus. 18. L. H. in F.* In secundo ordine continentur Prælati, Comites & Barones, qui status sunt, nam Prælatos & Comites in Imperio dari, qui status non sunt, non nemini ignotũ est.

est. Unde Prælatorum nomine in ordin. tantùm hi, qui feuda ab Imp. & regalia habent, venire, Adsessor Cam. Imp. in not. ad ordin. Cam. sub nomine Juliani Magenhorst. *ad. t. 5. p. 2. verb.* Prælaten tradit, quem sequuntur Scip. *1. decis. Cam. 40.* Ruding. *observ. cent. 4. c. 12.* De comitibus *vid.* Schönborn. *d. l. c. 40. Clut. d. l. lit. H.* Reinkingk. *d. l. c. 14. Besold. petul. dissert. de Comit. Norderm. d. l. conclus. 86. Fritz de nobilitat. concl. 18. lit. H. Rul. de com p. 2. lib. 5. c. 4. n. 26. Knich. de jur. territ. c. 4. n. 52. & seqq. M. Stephan. de jurisdictione lib. 2. p. 1. c. 6. n. 100. & seqq.* Dispescuntur secundum morem & usum imperii in Suevicos & VVeteravicos. Barones itidem immediatè imperio subjecti debent esse: nam mediati Domini, cui subsunt, jurisdictionem & ejurare effugere nequeunt. De Baronibus, *vide Schonb. d. l. 40. Cluten. d. l. lit. H. I.* Reinkingk. *d. l. c. 15. Besold. dicta petul.* 62. 63. 64.

dissert.

dissert. Norderm. d. concl. 86. l. B. M. Steph. de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 118. & seqq. Fritz. d. l. lit. I. Rul. d. l. n. 32. & seq. ubi tamen n. 35. malè nobiles de VValdenfelß. & Brandenstein Barone facit.

Dixi in utroq; ordine conspici Ecclesiasticos & Politicos. Ecclesiastici qui sint notius est, quàm ut in describendis iis immorari proficu-
65. um videatur. Competit verò his hoc privilegium, non quatenus sunt Ecclesiastici, sed quatenus simul sunt Principes, & status imperii, *P. Heig. 1. quæst. 4. n. 53. Knich de jur. territor. c. 4. n. 58. Cluten. d. l. conclus. 8. in f. Gail. 1. Observ. 30. n. 1. & 6. & obs. 37. n. 10. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. Hortleder* von Ursachen des teutschen Kriegs *lib. 1. c. 37. p. 240. Francisc. Carol. Dux Saxon. apud Frideri. Achill. in orat. pro Germania*, & illorum investitura fit mit aller weltlichen hohen unnd niedrigen Obrigkeit

Knich.

Knich. verb. ducum. c. 2. n. 6. & seqq. Cluten. in Sylloq. conclus. 8. lit. B. Gail. de pignor. c. 7. n. 1. Zigler ad §. Austrega conclus. 1. n. 10. M. Steph. de jurisdict. lib. 3, part. 1, c. 14. n. 15. & n. 24, ubi post Bruckmann de regal. c. 4. n. 39. dicit eos qua Ecclesiasticos regalibus destitui. Contra tamen hanc communiter approbatam sententiam insurgit Laur. Ohm. *de jur. Episcop. conclus. 19. L. I.* putans Ecclesiasticos nō ut seculares regalia habere, & Principes esse, sed ut Ecclesiasticos. 66.

Ast communem sententiam præ Ohmii opinatione sustineri ex eo apparet, quod si Ecclesiastici regalia & privilegia ab Imperio haberent, quatales, certè nunquam Imper. eos illis exuere vel privare posset: nam quatenus sunt Ecclesiastici, eatenus Imp. ex concordatis Friderici III. Imp. cum Nicolao V. pontifice Anno 1442. Calend. Aprilis initis, nullam habet in eos potestatem, unde 67.

K banno

banno imperiali ab Imp. feriri n
queunt, ſed tantùm delinquent
Regalibus & privilegiis, quæ ab im
perio obtinent, privari poſſun
quod unicum ex tanto ſecularis p
teſtatis in perſonas Eccleſiaſtic
naufragio remanſit reliquum: cu
igitur caſu contingente regalib
& privilegiis exui poſſunt, ab Im
Gail. de P P. lib. 1. c. 1. n. 13. & ſeq. R
de com. p. 4. lib. 7. c. 1. n. 6. Mynſ. cen
5. Obſ. 58. n. 4. 5. & 6. uti factum in
Archiepiſcopo Bremenſi Chriſt
phoro, *Mynſ. d. l.* & Epiſcopo H
desheimenſi Johanne, ſequitur
quod regalia & privilegia quæ a
Imperio habent, nõ ut Eccleſiaſtic
68. ſed ut ſeculares obtinere. Sic ven
illic licitum, non ſecus ac reliqu
ſtatibus ſecularibus, hinc in Came
proceſſus ratione venationũm æq
ac alii ſtatus impetrare poſſunt. R
de com. p. 4. lib. 2. c. 8. n. 6. cum ta
de jure Canonico Eccleſiaſticis
nat

natio interdicta: *tot. tit. de cler. venat.* Erpo Præsul Verdensis in senectute delirus, in juventute Episcopus eximius ab Ottone III. primus privilegium de venatione, quod anteà inauditum erat, postulasse & obtinuisse fertur, *Fabric. Orius Sax. lib. 2. f. 215.* Melioris sententiæ fuit Amadeus Sabaudiæ Dux in Pontificem electus & Felix V. dictus. Nam cum hic aliquando à Principum oratoribus, interrogaretur, num quos venatorios canes haberet? respondit, canes meos venaticos si videre cupitis, postridiè ad me revertimini. Interim congregavit, cœtum magnum mendicorum eumq; legatis monstravit; Hi, inquiens, sunt canes mei, quos alo quotidiè, & quibus spero me cœlestem gloriam venaturum esse. Dress. mill. 6. p. 1. f. 137. 69.

Hoc tamen non pernegandum, respectum illum Ecclesiasticum

concausam quasi esse, quod nanciscantur regalia & privilegia statuum: nam si non essent electi vel postulati ad dignitatem Ecclesiasticam, non consequi possent jura principa-
70. lia. Ex quo consequitur eos duplicem sustinere personam clericam & Laicam, quamvis id fieri posse & debere quidam pernegent, quam litem meam non facio. *Vide M. Steph. de jurisdict. lib. 3. p. 1. c. 14. n. 10. ubi hoc fieri posse ex c. cum, capella de privileg. c. ex literis, de probat. l. si consul. & l. seq. de adopt. docet. Vide & Cluten. in Syll. concl. 5. & 8. L. B. Arum. ad Aur. Bull. disc. 3. t. 8.* Siquidem præsumtuosum, *verba sunt Arumæi*, disputatione Scholasticâ, quâ nec Ducatus vel dominia dari aut adimi possunt, eis veteris dignitatis termi-
71. nos pervertere velle. Unde Arnoldus Brixianus Anno 1139. in Concilio Lateranensi in præsentia 1000. Antistitum hæreseos accusa-
tu

tus & ad ignem damnatus fuit, quod Episcopis jura PP. & regalia competere inficiatus. *Sigon. lib. 2. de regn. Ital. Frideric. Bruckman. ad c. quæ sunt regal. c. 4. n. 43.* quamvis hanc causam non sufficientem fuisse graviter edisserat *D. Iust. Meier. tr. sintne protest. jur. Cæs. Hæret. ad auth. Gazaros. m. 17. pag. 344.* quem lector, si vult, videre potest. Sunt tamen & alii, qui ipsum propter veritatis propagationem & in scribendo ac loquendo παῤῥησίαν, cum ecclesiasticorum tyrannidem graviter reprehendisset Romæ combustum dicunt.

Sic protestantes Principes hodierno jure, postquam jurisdictio Ecclesiastica per transactionem Passaviensem & erectam pacem religionis in territoriis eorum suspensa est, ob jus episcopale, quod habent, duplicem personam repræsentare dicuntur. *Ohm. d. l. conclus. 16. l. 2. & concl. 2. M. Steph. de jurisdict. lib. 3. c. 4. &* 72

 seq.

ſeq. & c.15.per tot. Syring. de P.R. concluſ. 29. lit. B. H. llig. ad. Bonel. lib. 17. c. 8. L. CC

Quamvis Everh. jun *conſ 1. n. 178. vol 2.* negat jura Epiſcopalia per transa-ctioné & pacem religioſam ad pro-teſtátes translata eſſe, cùm nõ trans-latio in ſeculares per pacificationẽ, ſed tantùm ſuſpenſio in illorum di-tione, quoad Eccleſiaſticos facta. Verùm illa ipſa ſuſpẽſio infert trans-lationem quæ ſententia an vera, jam diſcutere non libet. Sanè de Eccle-ſiaſticis, qui ab Imp. competentibu regalibus ritè inveſtiti noſcuntur nulla eſt hæſitatio, quin Auſtregi

73. fruantur: quid verò, ſi nondum in veſtiturã conſecuti, ſed tantumõd Canonicè electi vel poſtulati ſunt dicendũ? Primâ fronte adſtruend videtur Eccleſiaſticos hujusmod primis inſtantiis privilegiatis non gaudere: nam competunt Eccleſia ſticis Auſtregæ, ut paulò ſuprà d ctum non quatenus ſunt tales, ſe

qu

quatenus sunt, Principes vel status 74.
imperiis, ideoq; cum nuda electio
postulatione ipsos non Principes &
statꝰ sed tantũ Episcopos vel Prelatos
cõstituat, viãq; investiturę ab Imp.
impetrandæ paret, ipsis d. austregæ
non adsignandæ, quippè deficiente
necessario requisito habilivè subjecto, prout Gailius de capitulo, sede
vacante agumẽtatur. obs. 30. l. 1. n. 13.

Quæ opinio quoq; firmari & juvari videtur, quod licèt capitulam eligendi Episcopum jus habeat; tamen non aliter electio Episcopum faciat, quam si electus, promissâ fidelitate regalia aa Imp. obtineat. *Knich. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum Sax. cap. 2. num. 12. Christoph. VVurtzber. de collect. cap. 12. Thes. Mich. de jurisdict. conclus. 130. l. d. Matth. Steph. de jurisdictione. lib. 2. part. 1. cap. 4. 77.* & Christoph. Besold. *disput. Nomicopol. lib. 2. dissert. 3. n. 9.* dicit, tùm demùm Ecclesiasticos jura feudi,

vel regalia exercere posse, cùm feuda ab Imperio susceperunt; Quam opinationem quondam & ego tanquam veram alibi defendi, etiam eam amicus quidam meus adhuc sequitur subsequentibus persuasus rationibus, primo Ecclesiasticos hic considerari ut principes. Princi-
76. pes autē imperii sunt, qui de principatu investiti. *c. unic. quis dicatur Dux March. 2. F. 10.* cum investitura, unicus feudi constituendi modus. *Vult. 1. F. 7. n. 4*
77. deinde si principatum vel jura principalia haberent, Ecclesiastici nondum investiti id fieret vel præscriptione vel successione; non illa, nec hac, quod palàm: ergo Principes non erunt, & consequenter nec jura eorundem ob-
78. tinebunt: Tertiò falsum videtur, quod tantum tribuit electio electo quantum successio successori, cum capitulares eligant, tantùm personam, in Episcopum, promoven-

dam

dam; & licèt habeant potestatem eligendi Episcopum, illud tamen restringendum, quatenus regalia ab Imp. electus obtinuerit. Verùm enimverò hisce & similibus non obstantibus, contraria sententia non procul à vero abesse videtur: Eccle- 79.
siasticis siquidem tantùm tribuit electio vel postulatio, quantum secularibus sanguis, pactum & providentia confert. *Bertram. de comit. conclus. 40.* qui licèt nullâ ratione & authoritate hoc probet; tamen effatum hoc verissimum esse existimo; idq; sic deduco: Epicopi à Carolo 80.
Magno, uti quibusdam placere dicit. Michaël *de jurisdict. d. concl. 130. l. d.* vel Ludovico pio. *Helmold.* Præsbyter. *Buxoviens. in chron. Sclavorum. lib. 1. c. 4. Ohm. d. l. conclus. 19. lit. G. Heig. 1 quæst. 4.* vel deniq; ab Ottone Magno. *Matth. Steph. de jurisdict. lib. 3 part. 1. c. 14. n. 16.* ex ea ratione, quia propter animas Principes cœli,

ideò & Principes esse regni debent, Principes facti, *post Reinh. Renicc. ad incert. auth. de gest. Carol. Magn. lib. 4. conjecturatur. Knich. de jur. territ. cap. 1. n. 10. & seqq. Mich. d. l.* (qui licèt de jurisdictionis personalis communicatione loquuntur quemad: animadvertit. D. Gryphiand. *de* Weichbild *Sax. cap. 29. n. 12.* tamen ea communicatio in effectu nihil aliud est, quam quod modò intenditur) primum inter Principes Imperii cooptati leguntur hac lege, ut quam primum quis Collegii, cujusdam Ecclesiastici præses factus, splendissimi Principes politicorum tituli & honores, ei accommodentur hoc est, Principes fiant. Licèt Carolum IV. Abbates quatuor opulentiores Principes titul decorasse scribit Crus. *annal. suev. p. 3. lib. 5. f. 264. Knich. de jur. terr. c. 1. n. 12. & seq. & de Sax. non prov. jur. verb. Electorum cap. 1. num. 32*

Quen

Quemadmodum igitur ille qui ex pacto & providentia succedit ante impetratam investituram omnibus juribus gaudet, quæ antecessor suus habuit, ita & hic qui à capitulo canonicè electus vel postulatus, vi cooptationis modo allegatæ, & ante investituram omnia jura, quæ prædecessor suus & sede vacante capitulum habuit & exercuit, obtinebit: aliâs investituræ adscriberetur, quod modo cooptationi imperatoriæ acceptū ferendum: Imò frustranea esset illa cooptatio, si investitura demum Ecclesiasticos Imperii Principes cōstituerentur; sed hoc ab Imp. non præsumendum, nec illum dicendum, quocirca nec illud quod contrariæ sententiæ Doctores pretendunt adstruendum est. 81.
Imò ipse M. Steph. *d. lib. 2. part.* 1. *cap. 6. num. 43.* dicit eò ipse, quo quis eligitur Episcopus, simul principis nomē & dignitatem consequi.

Insu-

Episcopi vel Prælati per electionem vel postulationem, tales personæ constitutę, nam extra hunc respectũ Imperio subjectæ non sunt. Si porrò urgeas Episcopos vel Prælatos quatenus tales, forum seculare habere non posse, respondere coguntur, eos ibibi non ut ecclesiasticos sed ut seculares convenire, si igitur etiam ante investituram in Camera vel Aula Imp. conveniri possunt, ex eò quod per electionem & postulationem vè non tantùm Ecclesiastici, sed & seculares facti, sequitur electionem & postulationem iis præter Ecclesiasticam dignitatem & jura principiĩ conferre, eosq; consequentes Austregis exindè frui posse.

Juvant deniq; hanc sententiam præjudicia à Bertramo *d. l.* & Buxtorffio *ad Aur. Bull. concluſ. 18.* allegata: & licet de heterogeneis quasi loquantur actibus, nihilominus tamen

men bonâ occasione etiam adhunc præsentem casum transferri possunt *arg. l. 13. de LL.* maximè cum non solum identitas, sed & majoritas rationis nostro adsistat casui, scilicet, si ad illos magni momenti & summæ auctoritatis actus admittentur, cur hoc minutius jus illis invidemus? Hisce ritè attentis non operosum erit contrariæ occurrere opinioni, 86. nam infra probatum electionem & postulationem eandem cum providentia & pacto habere vim & potentiam.

Quemadmodum igitur investitura in secularibus, magis, juris 87. pacto & providentia causa à primo acquirente posteris acquisiti confirmatio & declaratio est, quam nova collatio, ita & in Eclesiasticis investitura tantùm illud jus confirmare & declarare censetur, quod per electionem & postulationem capituli in eos translatum.

Et

82. Insuper capitulum, sede vacante, Austregis utitur, ut suprâ evictum, quando verò alium eligendo postulandovè in prædefuncti surrogat locum, eò ipsô omne jus, quod per mortem defuncti ad illud devolutum in electum vel postulatū transfert, ut suprà dictum, ergò & Austregarum privilegium.

83. Tertiò si electi vel postulati Ecclesiastici statim ante impetratam investituram, titulum, nomen, honores, jura & omnia, quæ ad administrationem Episcopatus vel prælaturæ spectant, jure usurpant, siquidem reliqui Principes, tàm Ecclesiastici quam politici, imò ipsi Imp. eos ante investituræ impetrationem, Principes nominant, proq; iis reputant & honorant, quidnî & hoc jus Austregarum jure habebūt? & in specie Rosenthal. *de F. c.6. concl. 58. n. 5.* Episcopos ante investituram circa principale feudum disponere posse

posse docet, cum eo etiam pleno jure fruatur, & quod per electionem acquirunt jura territorialia probatur. c. cum olim. 14. de major. & obed. *Gail.* 1. *O.* 20. *n.* 10. *Ming. de jur. territ. conclus.* 29. sed nec d. c 14. nec Gail. d. l. aliquid hac de re tradit.
Quartò tenentur etiam ante investituram ad omnia onera, ad quæ reliqui Principes sunt obligati, cur igitur non commodis iisdem gaudebunt *secundum C. qui sentit. de R. I. in 6.* 84.
Quintò si conveniendæ hujusmodi personæ, nec hoc coram Austregis fieri potest, dicat mihi quis, quodnam & ubinam coram foro ordinario futudum? Certè nullum dari poterit, quàm Camera vel aula Imp. sed inquiras causam cur inibi conveniri possint dicetur; quia immediatè imperio subjectæ personæ hujusmodi, si rursum pergas, cur immediatè imperio subditæ, nulla alia ratio reddi potest, quam quod 85.
Epi-

82. Insuper capitulum, sede vacante, Austregis utitur, ut suprâ evictum, quando verò alium eligendo postulandovè in prædefuncti surrogat locum, eò ipsô omne jus, quod per mortem defuncti ad illud devolutum in electum vel postulatũ transfert, ut suprà dictum, ergò & Austregarum privilegium.

83. Tertiò si electi vel postulati Ecclesiastici statim ante impetratam investituram, titulum, nomen, honores, jura & omnia, quæ ad administrationem Episcopatus vel prælaturæ spectant, jure usurpant, siquidem reliqui Principes, tàm Ecclesiastici quam politici, imò ipsi Imp. eos ante investituræ impetrationem, Principes nominant, proq; iis reputant & honorant, quidnî & hoc jus Austregarum jure habebũt? & in specie Rosenthal *de F. c. 6. concl. 58. n. 5.* Episcopos ante investituram circa principale feudum disponere posse

151. *th. 15.* Beth. *d. l. c. 2. p. 37.* Imò Principes & Comites im̃unitatem à vectigali nec ex jure communi nec consuetudine sibi vẽdicari posse astruit *Heinr. Glock de jur. vect. concl. 30.* & tamen *conclus. seq. 31.* nobiles im̃ediatos tam ex consuetudine, quàm privilegii Imp. exemtionem & immunitatem habere concludit, ut ita nobiles hoc in casu magis privilegiati censean-

ſcantur; quàm Principes & Comites.
Undè libertatem hanc adepti nobi- 152.
les poſt Beſoldum tradit *Nolden d. l. c. 17. n. 22. & ſeq.* quæ conjectura non
improbabilis. Communiter in tres 153.
diſpeſcitur claſſes, Franconicā, Suevicam & Rhenanam; *Receß. Imp. August. de Anno 1500. tit.* was man mit den Ritterſchafften zu Francken / Schwabenland / Rheinlād handlē ſol. *Rec. Imp. Spir. de Anno 1542.* § demnach habē wir
& aliis in Rec. plurib. Franconica iterū 154.
in 6. diſtribuitur loca; 1. Oder Wald / 2. Gebirg 3. Steigerwald / 4. Röhn vnd Wehrra. 5. Allmül. 6. Baunach / & quilibet horum locorū habet ſuum Ca-
pitaneum; junctim verò Directorē, i- 155.
ta ut de uno loco ad aliū directoriū mutatis vicib9 poſt bienniū trāſeat, peculiarem quoq; ordinationē, quæ Ritterordnūg appellitatur, habēt; quę An. 1590. Sext. Schvvinfurti cōcepta & poſtea: 27. Septemb. Anno inſequente 1591. à Rudolpho II. f. 2. con-

N 2 firma-

firmata, Singulis annis tres cõvent
ordinariè Rotenburgi ad Tubarin
nim, primum Lunæ post Trium R
gum, secundum lunæ post Trinit
tis, & tertium Lunæ post nativita
Mariæ festum agere & habere t
nentur. Animus quidem erat plu
de horum privilegiis & juribus ag
re, sed certis de causis eum muta
156. Suevica in quinq; quoq; loca scil
cet. 1. in Hegaw / Bodensee vnd A
gaw. 2. an der Donaw. 3. am Köch
4. am Schwartzwald. 5. in Greicha
157. dividitur. Rhenanam hanc libert
tem non ex sese, & ut singulos ad
ptos conjecturatur. Gæddæus in
consil. de Baron. VVallend. n. 37
ubi scribit; Nobiles Rhenani ta
tùm ex eo hac libertate gaudere g
stiunt, quòd certa quædam castr
sunt, & quorum municipes facti, s
Ganerben vnd Burgmanne. Q
castra cum territoriali jure Imp.
Reges Rom. exemerunt, & reg
qu

quâdam dignitate muniverunt, atq;
ita singulorum Nobilium castra non
gaudent territoriali jure ab aliquo
Imp. concesso cessove, nisi fortè ex
consequente, undè & titulata non
sunt, & eorum saltem Voigtsherrn
dicebantur, &c. Qua de re, inquit
Besoldus d. t. 15. nos nihil certi sta-
tuere quimus. Verùm licèt in eo 158.
Gæddæo facilè assētiar, quod feuda
vel castra titulata non sint, nec No-
biles in specie, cum territoriali jure
investiti, tamen in eo ab illo dissen-
tior, dum libertatem ex eo, quòd
castrorum quorundam Ganerben
und Burgmanne / consecutos dicit.
Nam notissimum, plures Nobiles 159.
Rhenanos reperiri, qui de nullo ca-
stro Ganerbiali participant, & nihil-
ominus liberos esse, non secus ac illi
sunt, qui Ganerbiatus participes;
Deindè alia privilegia sunt Ganer- 160
biorum, alia Nobilium immediatè
subjectorum: hoc quidem non dif-

N 3 fiten-

fitendum, Nobiles Ganerbiatus Gelnhusani & Fridbergensis majora privilegia quàm alios habere. Interim tamen non sequitur, reliquos, qui non sunt de istis Ganerbiatibus, liberos vel immediatè imperio subjectos, haut esse. Præterea si non ut singuli, hanc libertatẽ, sed quatenus sunt de Ganerbiatu aliquo, adepti, certè nec ut singulos, sed quatenus Ganerbii in Camera convenirẽtur,
161. quod falsum, imò quatenus sunt tales, eatenus plerunq; suas peculiares tantũ judices & Austregas, prout visitur in allegatis Ganerbiis Gelnhusanis & Fridbergensibus. Undè cre-
162. dibile Rhenanos nobiles ex eo libertatem cõsecutos, quòd tractus Rhenanus nunquam certo alicui Principi paruit, quod & Besol. *d.l.n.8. Nold.* placere reperio. Et Ganerbiatꝰ quidã constituti longè postquã Nobiles libertatem adepti fuêre, sic & in Franconia & Suevia Ganerbiatus reperiuntur.

untur, nec tamen inde nobiles suam libertatem consecuti, cum paucas quædã familias iis comprehendant.

Nobiles autem prædicti Austregis 163. fruuntur, non tantùm si bona libera, sed & si quædã mediatè sub alio Principe sita possident, ita pronunciatũ in causa Jobst Rawen von Holtzhausen contra Herren Ludwigen Grafen zu Stalberg und Königstein. *Rul. par. 4. lib. 8. c. 1. n. 7. in f. de commiß.* quod ratione non caret, Cum ratione rei non tantum in loco, ubi sita, sed & in loco domicilii quis conveniri po- 164. tuerit. *V. Ros. de F. cap. 5. conclus. 69. in cons. lit. H. & conclus. 78. n. 5.* Hîc ite- 165. rum submonendum, privilegiũ nobilibus dari quatenus tales sunt, non verò quatenus alio respectu, ut si canonici &c. conveniuntur. *Schvvan. decis. 19.* Sanè illorum libertati variis 166. modis insidiatur & inhiatur, maximè hodierno seculo, dum Ecclesiastici Landsassiatum antea penes

 ipsos

ipsos ignotum contra eos introducere tentant, sed irrito conatu, cum in notoria sint possessione libertatis & privilegia contra Landsassiatum ab Imp. indulta, non ignota, nuperque modò feliciter imperitans Imp. Ferdinandus II. 15. Mart. Anno 1627. Viennæ contra E. P. mandatum ratione Landsassiatus prætensi decreverit.



Caput

Caput IV.

Quando Austregæ Competant.

Summaria.

1. *Austregæ utriq; ordini competunt.*
2. *Austregæ primo ordini generaliter competunt.*
3. *Caspari Zigleri & aliorum opinio rejicitur.*
4. *Mynsingeri autoritas stabilitur.*
5. *Opinio eorum qui volunt, quod austregæ cessant, quando actor est extraneus, rejicitur n. 8. & 24. & sequentibus.*
6. *Mindanus ab hoc errore liberatur.*
7. *Austregæ sunt stricti juris.*
9. *Extranei Imperii legibus non tenentur n. 10. explic. n. 19. 20. & seqq.*
11. *Extraneus cum Vasallo controvertens quem Judicem habeat explic. n. 33.*
12. *Actor forum rei sequitur.*
13. *Forma & ordo Jurisdictionis non mutatur propter extraneum.*
15. *In Processu statuta loci observantur.*
16. *Leges generales generaliter intelligendæ.*
17. *Dispositio generalis operatur generaliter etiam quoad species sub ea comprehensas.*
18. *Cerebrina distinctio non admittitur.*
13. *Ubi complexus rationis ibi etiam nexus dispositionis.*
28. *Mens legis.*
29. *Argumentum ab absurdo.*

 30. Ca-

30. *Casus rarus non infringit legem generalem.*
31. *Ubi eadem ratio & causa finalis, ibi interpretatio & suppletio legis locum habet.*
32. *Privilegia sunt stricti juris.*
34. *Autoritates eorum, qui cum Autore idem sentiunt.*
35. *An Imperator, Ejusve Conjux, Item Rex Romanus & vicarii Imperii coram austregis agere sint obstricti.*
36. *Lentius putat quod non.*
37. *Buxtorffius distinguit.*
38. *Exempla Buxtorffii explicantur.*
39. *Nullum habet dubium, quod Imperator non quâ talis, sed quâ Dux vel Comes, &c. status coram Austregis conveniat.*
40. *Idem de Augusto Rege Romanorum & vicariis Imperii dicendum.*
41. *Imperator aliquando causas suas statui alicui cognoscendas & decidendas committit.*
42. *Secundi ordinis personæ, quando privilegio austregarum gaudent, quod ampliatur, licet à civitatibus comm. n 43.*
44. *Austregis non est locus, sed nobilis mediatus immediatum convenit.*
45. *Locus Scip. l. 2. decis. 67. falsitatis arguitur adde n 46.*
47. *Ratio diversitatis circa personas primi & secundi ordinis, quænam sit.*
48. *Lex non minus autoritatis habet, licèt ratio nos lateat.*

Com-

COmpetunt verò Auſtregæ 1.
utriq; ordini non ex æquo,
ſed ſecundum diverſitatem
Actorum diverſimodè: illis; quippe
qui in primo conſtituti ordine indi- 2.
ſcriminatim & generaliter, qui-
cunq; & cujâs etiam ſit Actor, privi-
legiatus vel non privilegiatus ſive
mediatus, indigena ſeu extraneus.
Sanè Caſpar. Zigler. *d. l. §. Auſtregæ* 3.
*concl. 1. n. 32. & Autor deductionis in
continenti* in Sachen Käyſ. Fiſ-
cals *cont.* die Herrn Landgrafen
zu Heſſen/vnd die Herrn Grafen
zu Waldeck. *prætenſæ exemtionis art.
148.* ea ſunt in opinione, ac ſi Myn- 4.
ſingerus 1. *obſ. 89. & 5. obſ. 1.* ſtatuiſ-
ſet, non aliter Auſtregis etiam in ge-
nere quoad primi ordinis perſonas,
locum, niſi & Actor ſit immediatus,
quod tamen contra mentem & ver-
ba Mynſingeri erroneè adſtruunt,
ipſum injuria notant, digni potiùs,
ut ipſi notentur, nam *in d. obſ. 89.* ex-
preſſè

presſè agit de eo, quomodò nobilis immediatus immediatum nobilem convenire velit, quo caſu *ſecundum p. 2. tit. 5. Ord. Cam.* Auſtregis locum non eſſe dicit, cum ſecundum ante d. tit. 5. utriq; tàm actor quàm reus immediati eſſe debeant, & ſic tit de ſecundi ordinis perſonis loquitur, quod expreſſius *d. obſ.* 1. *n. 2.* declarat tum ſubditos mediatos Dominos coram Auſtregis convenire neceſſum habere manifeſtiſſimis verbis
5. docet. Sic quando extranei actores ſunt, Auſtregas ceſſare comm. creditur *Vult. ad l.* 1. *ubi ſenat.* 44. *Matth. Steph. de jurisdict.* 2. *p.* 1. *c.* 3. *memb.* 3. *n.* 25. *Gillhauſ. in ar. judic. c.* 1. *p.* 1. *§.* 8. *n.* 4. *ſub fin. Zigler. dicta concluſ.* 1. *limit.* 1. *n.* 72. *&* 77. qui ut &
6. Matth. Steph. Mindanum *c.* 17. *n.* 12 *l.* 1. *de proceſſ.* ita ſtatuere, ſed malè ſcribit, cum Mindanus nihil certi definiat. Unde M. Stephani *d. l.*
7. PP. rectè hoc in caſu coram Camera ab

ab extraneis conveniri posse putat, cum Austregæ sint stricti juris, & propterea extra casum in ordinatione expressum non extendendæ. Contrà Vult. *d. loco* opinatur, quod 8. extranei, si non sua sponte ordinationi se submittere velint P P. Imperii non in Camera, sed coram Imp. utpote de jure communi P P. ordinario convenire possint, & debeant, nec P P. ad judicem privilegiatarum Austregarum revocandi jus ha- 9. beant, cum extranei ordinatione Imperii non teneantur; dispositiones siquidem ordinationis Cameræ Imperialis strictè intelligendæ. Hinc cum de extraneis hoc in casu nulla omninò sit facta mentio, sed tantùm de civibus Romanis hanc causam non ex ordinatione sed jure communi definiendam, & hanc causam esse scribit, in quo Camera cum Imp. concurrentem jurisdictionem non habeat. Quæ opinioni exinde juva-

juvari videtur, quod privilegium
10. datum, ut quis nullibi nisi in Camera conveniatur, non eò extendatur, ac si privilegiatus ob id ex constitutionibus Imperii conveniri possit, cum hujusmodi non gaudeat constitutionibus Imperii, uti observatũ in causa Kauzinger cont. **Abt zu Schönthal** 19. Octobr. Anno 9. Rul. de Com. p. 4. t. 7. c. 2. n. 4.
11. Sic extraneus, qui non est Vasallus, si cum Vasallo controvertat de feudo, non Dominum vel pares sed ordinarium adit D d. Comm.

12. Verùm enim verò neutra opinio satis tuta minusq; æqua videtur. Nam in jure nostro principium certissimum est, actorem teneri sequi forum rei, nec distinguitur, forumné illud sit commune, privilegiatum né, sive quis sit indigena, sive extraneus *l. juris ordinem. 3. l. in criminali; de jurisdict.* **1.** *cum sit*

sit gen. 8. de fori compet. eaq; in re jura favent reo; *Rittershus. in method. expos. Nov. part. 9. c. 10. n. 13.* deinde 13.
jurisdictionis forma per alterius personam in alia provincia dicentis non debet immutari. *l. 1. Cod. ubi in rem act.* & juris ordo postulat. *d. l. juris ordinem 2.* imò ipse Vulte- 14.
rius *ad in criminali negotio 5. n. 1. & seqq. de jurisdict.* docet juri sordinem esse antiquum, ut actor sequatur forum rei, & hoc jus naturæ ipsi convenientissimum. Quod eò magis dicendum, cum 15.
aliàs in formando processu ejus loci statuta & consuetudines attendendæ, quo agitur *Iohan. Petr. surd. decis. 179.* quod nec ipse Vultejus *d. l. 1. ubi senat. num. 44. in p.* diffitetur. Quocirca cum jura hæc 16.
generaliter ita disponant, specialiter ut intelligantur, juris ratio non permittit *l. 1. §. generaliter 1. de leg. præstand. l. & de precio.*

8. de

8. de public. in rem act. l. filium habeo *SC. Macedon. 1. regula 9. §. 11. qui* *gnorans f. de praefect. urb.* dispositio
17. quidem generalis tantum operat ad quamlibet speciem sub ea com prehensam, quantum operatur sp cialis quoad speciem in ea expre ssam *l. Gallus 23. §. Quid si 6. de lib.*
18. *posth. l. si duo 51. de administ. tut.* *chorus 79. de leg. 3. l. omnes 4. de praescrip* *30. ann.* sed potius, quia non disti guunt, nobis non erit integrum c rebrinam & nuspiam fundatam stinctionem ipsis adfingere *d. l. cu*
19. *precio. VVesenb. cons. 2. n. 76. vol.* 1. Et ratio firma, extraneos non teneri dinationibus Imperii, tunc in omn bus casibus, in quibus jurisdict Cameræ fundata, quando actor sunt extranei, illam adire haut n cesse habebunt, imò omnia, quæ in ordinationibus & constitutionib Imperii disposita, non poterunt a tendi in extraneis actoribus, n

qu

quæ de jure communi civili ſtatuta propter paritatem rationis, & ſic conſequenter, non ſecundum jura Imperii Romani, ſed alia forſan, quæ actor ſecum attulerit, procedendũ, quæ omnia cum abſurditate ſcateant craſſiſſima, non video quomodo D. Vulteii opinationi ſubſcribi poſſit. Nec ignotum, ſi civis Romanus in Gallia, Italia, Anglia, Hiſpania, Ungaria, Polonia, Dania, Suecia agere velit, illum tenere ſequi forum rei ſive illud ex lege & ſtatuto generali, ſive ſingulari h. c. privilegio habeat: Quid ergò obſtat, quòd cives Romani non eodem jure 21.
contrà extraneos utantur. *arg. t. t. quod quisq. jur.* imò nulla ferre provincia Germaniæ, quæ non ſuas pe- 22.
culiares L L. ſtatuta, conſuetudines etiam in agendo & procedendo habeat, quas attendere oportet, ſi quis 23.
cum fructu contrà ſubditum provinciæ agere deſideret.

O Foret

24. Foret insuper iniquissimum, extraneos majoribus freti privilegiis præ indigenis & PP. hoc in casu denegare privilegiatas instātias Austregarum, cum tamen quoad exteros non deterioris minorisve conditio-
25. nis esse debeant. Præterea ubi est complexus rationis, ibi etiam nexus dispositionis debet esse. *l. illud. 32. ad L. Aquil. Decian. cons. 111. n. 10.* Ast hoc in casu est complexus ra-
26. tionis: Ratio etenim finalis Austregarum non minus militat pro PP. quo ad exteros, quàm in indigenas debebat, videlicèt pluribus instructi instantiis, causam planius & plenius deducere queant: Ergò ut nexus dispositionis ubiq; idem sit,
27. juris necessitas efflagitat. Denique roboratur hæc sententia, quòd ordinatio nullam differentiam inter indigenas & extraneos facit, sed simpliciter & generaliter disponit. Et sic casus hic non omis-

omissis, sed sub constitutione generali comprehensus censetur; quocirca jure ratio de strictâ acceptione & non facienda extensione, exulare debet. Nec enim illud tan- 28.
tùm ex L L. est, quod verbis expressis constitutum, sed & quod ex mente L L. venit. *l. Neminis* 1. *§. verbum ex L L. de V. S. ibiq.* Gæddæus *num. 10. & seqq.* & nulla fit extensio, si res mente ac ratione sub dispositione continetur. *Rosth. de F. c. 7. concl. 17. n. 7.* Et si verba 29.
adeò rigidè urgenda & judaicè intelligenda, parili jure collegero, quomodò Ecclesiastica collegia & monasteria; de quibus S. C. præced. 3. n. 27. personæ Camerales &c. PP. convenire vellent, hoc non coram Austregis de necessitate faciendum, imò PP. nec ratione Judæorum agentiũ hisce privilegiatis instãtiis gaudere posse; cũ de hisce omnibus nullam mentio-

 nem

nem ordinatio faciat, quod tamen
ne contrà ſentientes affirmabun
30. Nec mirum, quod licèt de ex
traneis ordinatio in ſpeciè nihil d
ſponat, cum caſus hic ſit rariſſimu
& LL. & conſtitutiones in his qu
ἐπὶ τὸ πλεῖστον, non quæ ἐκ παραλόγυ
concipiantur & fiant *l. jura conſtit*
31. *3. cum ll. ſeq. de LL.* Interim tamen
cum ſententia d. ordinationis ma
nifeſta, & uterq; caſus ad eandem u
tilitatem tendant, bona occaſione
per interpretationem ſuppletio fie
l. non poſſunt 12. cum l. nam ut ait Pediu
32. *ſeq. de LL.* Quod verò privilegiur
habens, ne alibi niſi in Camera con
veniatur, ut gaudeat conſtitution
bus Imperii, non obſtat. Nam priv
legia ſunt ſtricti juris, nec etiam d
caſu ad caſum, nec de perſona a
perſonam extendantur, unde non
mirum, ſi hujusmodi conſtitution
bus extraordinariis imperii, qualc
ſunt de pignoratione, arreſto, lit
gioſ

giosa possessione ob utilitatem publicam & metum armorum ratione immediatorum introductis non gaudeat, maximè cum hæ potius ad modum procedendi, qui tantùm inter vere & suo jure immediatos valet, quàm ad forum ipsum, quod unum idemq; est, pertineant. Sic non 33.
obstat, quod ex jure feudali adductum, cum ratio istius juris non aliud permittat, quàm quod nulla feudalis controversia nisi inter vasallos esse possit, consequenter nec Judex feudalis inter extraneum & vasallum competens erit, quæ ratio in nostro proposito non militat.

Atq; hanc sententiam nostram 34.
approbando sequitur Rumel. *dissert.1.p.2.ad Carol.4.* idemq; post hæc tradita Barth. Volckm. *de jur. Princ. c.13.n.*12. sentire deprehendi. Quid 35.
v. dicendum de Imperatore ejusq; augustissima Conjuge, Rege Romanorum, & Vicariis Imperii, quomo-

dò nim. aliquem Auſtregis aliàs
36. fruentem convenire velint? Lentius *d. l. Thes. 30.* putat haſce prædictas perſonas non eò adſtringi, ut coram Auſtregis agant, addens Regem Romanorum & Vicarios Imperii Imperatorem adire, & hunc cum in propria Auguſtæ cauſa judicare nequeat, neglecto Palatino & Comitiis in Camera agere, poſſe, vel arbitros eligēdos eſſe, quæ tamen opinio in quibuſdā minùs ex-
37. pedita videtur. Aliter diſtinguit Buxtorff. *ad A. B. concl. 73. lit. F.* cujus opinio quidem non usquequaq;
38. abſurda. Aſt quod Imp. quādo actione civili contra immediatum Principem vel ſtatum Imperii experiri voluêre, ex obſervantia & conſuetudine Imperii coram ordinibus & comitiis hoc feciſſe dicit, quod caſu contingente clementer Moderni imitaturi: Id minimè exempla ab eo adducta evincunt. Siquidem illa omnia

omnia & ſingula loquuntur de caſibus, quibus P.P. ob crimina publica in Comitiis accuſati ſunt: Nam exemplum de Heinrico IV. contrà Ducem Baiorariorum Ottonem, non de actione civili ſed criminali agit, dum falſò delatus fuerat Otto, ac ſi Egonem hominem ingenuum quidem, ſed omni flagitiorum genere, ut Schaffnaburgenſis loquitur, infamatum, in necem exitumque Imp. ſubornaſſet. Idem judicium eſt de exemplo Heinrici V. contrà Heinricum Ducem Luthareorum vel Lotharingiæ, & Conradi III. contrà Heinricum Bavariæ Ducem apud Sigonium & Buxtorff. cit. loc. Nec diverſum exemplum eſt Ottonis **Wittelspach** / Ottocari Bohemiæ Regis, Friderici Auſtriaci, &c. uti ex Autoribus à Buxtorffio allegatis conſtat. Ex quibus certè exemplis, utpote de cri-

minalibus causis conceptis nulla observantia interpretativa desumi potest, quòd Imp. quatenus talis, status actione civili coram Comitiis & ordinibus convenere. In eo videtur res dubii expers, quod Imp. non quatenus talis, sed quatenus Dux, Comes, &c. status coram Austregis convenire necessum habet, uti confirmat præjudicium Caroli V. Imp. qui Marchioni Badensi intuitu Landgraviatus Susenbergensis coram Austregis litem movit, *referente Schvvanman. decis. 20. Buxtorff. d. concl. 83. l. a. Scip. 3. decis. Cam.* 53. ubi ex hoc colligit, Austriacos fateri, videli. se tales esse, qui ut alii P P. Germaniæ immediatè sub Imperio sint, & per consequens quòd processus contra ipsos decerni possint
40. juxta ordinationis Austregas, quod & in aliis supra nominatis personis dicto respectu obtinere non dubito
41. *Buxtorff. d. l. concl. 64. L. B.* Hoc insuper

per constat, Impp. quandoq; causas, quæ ipsos, qua tales concernunt, alicui statui cognoscēdas & judicandas committere, sicut proximis annis fecit Matthias II. aug. recordationis, & modò victoriosissimè imperitans Ferdinandus II. qui causam restantés contributiones Imperii concernentē, **die hinderstendigen Reichsstewr betreffend**/ contra Marchiones Brandeburgenses D. J. C. D. S. etiam commisere.

Quando secundi ordinis perso- 42.
næ judicio pulsantur, tunc hoc privilegio solùm gaudent, cum à privilegiatis, h. e. primi & sui ordinis personis conveniuntur *tit. 2. p. 2. Ord. Cam.* quod adeò verum, ut nec con- 43.
trarium obtineat, quamvis à civitatibus Imperialibus actione petantur. *Mindan. d. l. 1. c. 18. n. 4. ubi ita in causa* **Winsheimb** *contra* **Hohen loe**/ *Anno 1565. 18. Octob. judicatum re-* 44.
fert. Quocirca minus dubitandum,

Auſtregis locum non eſſe, quomodò Nobilis mediatus immediatum Nobilem convenire deſiderat, licèt de hoc quondam diſputatum fuiſſe **Wagenhorſt** *ad rubr. t. 5. p. 2. O. C. verb.* **dem Reich ohne Mittel unterworffen** / referat. Sic Autor de-
41. ciſ. Camer. ſub nomine *Caſp. Guil. Scip. compilatarum l. 2. deciſ.* 67. opinatur, ordinationem tantùm de ſubditis intelligendam, quaſi eo caſu quomodo non ſubditi, licèt mediati ſecundi ordinis perſonas convenire velint, hoc coram Auſtregis facere poſſint, quod falſum, uti & deciſ. 111. ipſe contrarium adſerit. Cur autem tam diverſè conſtitutum, rationem omnes non eandem adſignant Gail 1. *O.* 1. *n.* 17. Sixtin. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 69. *de regal.* hoc præeminentiæ PP. præ aliis ſtatibus acceptum ferunt: alii rationem in caſu omiſſo ponunt: quidam nullam rationem reddi poſſe, aut pro ratione volun-

voluntatem esse autumant. Quicquid sit, sufficit, ita esse constitutum, nec tamen ea propter, quia ejus genuina nos latet ratio minus autoritatis obtinebit. *arg. l. non omnium. 20. & seq. A. L. qua de lege & ejus sensu v. D. Hortleder disp. de rat. leg. publ. th. 12. & seqq.*



Caput

Caput V.

De causis in quibus locu Austregis.

Summaria.

1. *Verba generalissima omnia comprehendunt.*
2. *Maximè si sunt geminata.*
3. *Quædam causæ ab Austregis eximuntur. add n. 24.*
4. *Causæ tantùm civiles in Austregarum judiciis ve tilari possunt.*
5. *Actiones de rebus Ecclesiasticis quatenus ad ca sas civiles pertinent.*
6. *Omne verbum universale ex circumstantiis recip limitationem.*
7. *Causæ austregarum sunt ejusdem generis, cum su causæ ad Cameram pertinentes.*
8. *An causæ criminales ad Austregas pertineant?*
9. *Clausulæ: omnium causarum concurrentium e iam criminales includit. declar. n. 23. & 25.*
10. *Omnium causarum jurisdictione concessa, co cessa intelligitur etiam cognitio causarum crim nalium.*
11. *Quælibet causa criminalis, civili quamvis ardu gravior est.*
12. *Status in gravioribus causis deterioris conditi nis esse absonum est. n. 16. & 26.*
13. *Verba.* Spruch vnd Forderung *comprehen dunt etiam causas criminales decl. n. 27.*
14. *Ad Cameram in criminalibus non appellatur, quid inde inferatur adde n. 28. & 29.*

15. Ca

15. *Causæ,* da vmb eines Fürsten Recht / Leib/ Ehr vnd Lehnschafft zu thun gewesen / *ad quem judicem ante ordinationem spectarunt. adde n. 32.*

17. *Camera Imperialis capax est jurisdictionis criminalis refutatur. n. 33.*

18. *Autor opinionem illorum qui causas criminales ab Austregis excludunt, sequi mavult.*

19. *Quæ speciali concessione indigent sub generali non veniunt.*

20. *Explicatio l.1. ff. de officio ejus cui mandat. Jurisdictio n. 21. 22. Exorbitantia sunt stricti juris.*

30. *Judices Austregarum de aliis causis, quàm in quibus ad cameram appellari potest, cognoscere non possunt.*

31. *Camera in pluribus Causis cognoscere potest, ubi Judices Austregarum cognitionem non habent.*

34. *Explicatur §. item* nach dem *tit. 28. part. 2. Ord. Cam.*

35. *Quod Camera non sit capax jurisdictionis criminalis probatur ex §. fin. tit. 5. c. 1. Ord. Cam.*

36. *Spirensis non habet jurisdictionem ullam in Camerales personas.*

37. *Judices Austregarum in criminalibus non habent jurisdictionem, ampliatur. n. 38. & n. 105.*

39. *Ubi Principes Imperii in causis criminalibus conveniendi adde n. 24. seq. 43. 47. & 60.*

40. *Principes Imperii delinquentes in alieno territorio illius Dominum Judicem sortiuntur. refutatur. n. 48 seq. 51. & 52.*

41. *Sub quo prætextu Conradinus ultimus Sueviæ Dux à rege Neapolitano trucidatus & Mariæ Sco-*

tiæ

tiæ Regina à Parlamento Andriæ ad mor[...] condemnata, adde n. 56.

44. In suo territorio minùs potēs superat potent[...]

45. Principes delinquentes in suo territorio qu[...] judicem habeant.

46. Secundi ordinis personæ delinquentes ubi co[...] niuntur in criminalibus.

49. Par in parem nullam habet potestatem.

50. Tutius communi inhærere regulæ quàm nov[...] effingere exceptionem.

52. Illustres & spectabiles privilegium fori haben[...] non possint conveniri in loco delicti. adde n[...] & 54.

55. Non quod sit, sed quid fieri debeat, inspicien[...]

57. Exempla extra imperium nihil probant.

58. Explicatur lex. 1. Cod. ubi de crimin. ag.

59. Explicatur c. 9. N. 69.

61. Robertus Siciliæ Rex fuit Imper. subditus.

63. Explicatur l. præses. 3. de officio præsid.

64 Causæ Matrimoniales an ad judices Austrega[...] pertineant.

65. Rationes eorum qui hoc affirmant.

66. Generalis dispositio tantum operatur, quan[...] expressio singulorum. vide n. 96.

67. Geminata semper fortiora sunt simplicibus.

68. Geminatio vim clausulæ derogatoriæ habet.

69. Ex geminatione animus deliberatus præsum[...]

70. Geminationis vis est, ut ampliet dispositione[...]

71. Geminationis vis tanta est, ut comprehendan[...] non verosimilia & majora expressis.

72. Verba Geminata majorem vim habent qu[...] universalia.

73. Causæ spirituales pertinent ad Austregas.

74

74. *Secundum pontificios causa matrimonii est res spiritualis. adde n. 100.*
75. *Contractus matrimoniales seculares esse probantur. declaratur. n. 80.*
76. *Cognitio causarum matrimonialium in terris protestantium ad quem pertineat. n. 81.*
77. *Per pacificationem religionem omnium actuum Ecclesiasticorum jurisdictio & cognitio apud Principes protestantes devolutæ.*
68. *Inter casus exceptos causæ matrimoniales non reperiuntur.*
79. *Exceptio ad casus similes extenditur.*
82 *Episcopi de jure humano habent potestatem vel jurisdictionem in cognoscendis causis matrimonialibus.*
83. *Quatenus hodie Ecclesiastici ad consistoria adhibentur.*
84. *Quibusdam in locis causæ matrimoniales à solis Politicis cognoscuntur*
85. *Per constitutionem pacis religiosæ jurisdictio Ecclesiastica in causis matrimonialibus quoad protestantes suspensa. adde n. 86.*
87. *Explicatur clausula reservatoria in constitutione pacis religiosæ vers.* aber in andern Sachen vnd Fällen.
88. *Autor non concedit, Austregas etiam in matrimonialibus causis locum invenire.*
89. *Non plus esse potest in exemplo, quàm in eo, unde exemtio processit.*
90. *Imperator. tempore introductarum Austregarum non cognoverunt in causis matrimonialibus. adde n. 98. & 104.*
91. Reinkingk *idem cum autore sentit.*

92. *Causa*

92. *Causæ matrimoniales per appellationem non devolvuntur ad Cameram. dissent. n. Johan. Heiderm. n. 93. rejicitur n. 94.*

95. *Verba geminata quantum operentur explicatur.*

96. *Generalitas ex mente proferentis, interdum restringenda.*

97. *Voluntas & potestas in omni actu requiruntur.*

99. *Explicatur locus ordinatione Camerales. p. 2. tit. 4.*

101. *Ordinatio de Austregis quando facta.*

102. *Pax religiosa quando facta.*

103 *Ferdinandus I. maximum beneficium Dei habuit pacem religiosam.*

106 *Lentius Lentii opinia probatur.*

107. *Feudalium causarum initio ad Austregas non pertinent.*

108 *Causæ feudales non coram ordinario judice sed Domino ventilendæ.*

109. *Quando lis inter Dominum vasallum vertitur, tunc pares curiæ judices sunt.*

110. *Quando Imp. vel Dominus inferior sit judex in causa feudali.*

111. *Communicatio jurisdictionis Cameræ Imperiali facta sapit naturam denunciationis.*

112. *Denunciatio destrictibilis.*

113. *Dispositio generalis non tollit generalem.*

114. *Jurisdictio Cameræ communicata intelligitur de ordinaria. adde. n. 120.*

115. *Jurisdictio feudalis ab ordinaria diversa est.*

116. *Explicatur tit. 2. part. 2. Ord. Cam.*

117. *Feuda regalia quo respectu dicantur Imp. reservata.*

118. *Generaliter causæ maximæ Imp reservantur.*

119. Cogni-

119. *Cognitio super feudis regalibus Imp. non aliter competit quàm si sunt feuda imperii immediata.*
121. *Camera habet limitatam non universalem jurisdictionem.*
122. *Contraria opinio quod causæ feudorum non feudalium ad Cameram pertineant, usu recepta dicitur; sed prior de jure verior.*
123. *Sic contraria opinio etiam causæ feudales ad Austregas pertinerent.*
124. *Aliter dissentit Schrad. cujus opinio recit.*
125. *An cognitio de causis feudorum regalium ad solum Imp. exclusis paribus curiæ spectet.*
126. *Ii, qui pro negativæ stant, recensentur.*
127. *Adducuntur qui adfirmativum amplectuntur.*
128. *Cognitio causarum feudorum regalium pertinet ad Imper. exclusa Camera etiam in possessorio.*
129. *Continentia causæ non admittit separat ilitia.*
130. *Ex nudis verbis quibusdam correctio juris communis non admittitur.*
131. *Verbum* gäntzlich.
132. *Possessorium minimi præjudicii est.*
133. *Verba* gäntzlich vnd endlich.
134. *Causæ majores requirunt judices majores.*
135. *Doctores dissentientes.*
136. *Si vasallus Dominum ratione feudi conveniat coram Austregis an judicium valeat vel nullũ sit.*
137. *Quando causæ feudales coram ordinario tractari possunt, tunc etiam ad Austregas pertinent.*
138. *An rei vindicatio coram Austregis intentari possit affirmatur. n. 153. explicatur. n. 154. & 155.*
139. *Rei vindicatio instituenda, ubi res litigiosa sit, hæc opinio refutatur. n. 143.*
140. *Rei vindicatio in loco rei litigiosæ instituenda,*

da, quando Dominus ibi moratur, rejicitur. n. 152.
141. *Hugolini opinio distinguentis inter res mobiles & immobiles, rejicitur. n. 142.*
144. *Donelli explicatio circa leg. fin. Cod. ubi in rem act. rejicitur. n. 145. seqq. 146. & 147.*
148. *Hilligeri opinio refertur & rejicitur. n. 149.*
150. *Verba sed & nunquam in jure stant explicativè sed implicativè.*
151. *Autoris opinio probatur & defenditur.*



Isis personis, quibus & contre quas Austregæ competunt, ordinis ratio efflagitat de rebus, quæ in hoc Austregarum judicium deduci possunt, agere. Quamvis verò omnes omninò causæ ad Austregas pertinere ex eo dicendum videatur, quod in pr. tit 4. p. Ordin. Camer. verba universalia generalissimè reperiuntur posita, **warumb vnd aus was vrsachen/das/ꝛc.**
1. quæ omnia comprehendunt, nullo penitùs excepto. *l. 1. Procuratore* 13. *C. mandat. Crav. cons.* 105. *n.* 2. *Surd. cons.* 393. *n.* 7. *Decian. resp.* 39. *n.* 54. *v.* 2. *ubi hanc Regulam* non tantùm in favorabi-

vorabilibus, sed etiam odiosis *veram esse tradit*, maximè si sunt geminata; ut hîc *post Bl. cons. 326. col. 3. l.* 1. *Menoch. cons. 320. n. 2. Paurm. 2. de jurisd. c. 6. n. 178. & seqq.* Deinde quia 3.
quædam causæ ab Austregis in tit. seq. *p. 2. Ord. Cam.* exemtæ & exceptæ, quæ exemptio generalem in reliquis non exemtis jurisdictionē Austregã coarguere intelligitur *l. quæsitum idem rescindit 43. verb. instrum. vel instrum. legat. l. nam qui liquida 4. §. de pan. leg. 7.* Sic in Refor. Ord. Rodvvil. p. 2. tit. 5. verba **alle vnd jede Sachē** / omnes causas etiã criminales cõtinẽt.
Nihilominus tamẽ 1. hisce nõ obstãtibus causas tantùm civiles (sub quibꝰ tamẽ etiã eas, quæ de rebus Ecclesiasticis cõpetunt, quatenꝰ seculares sũt, & est causa possessionis circa res Ecclesiasticas, cũ etiã hæ in Camera divẽtilentur, *Rul. de Cam. p. 4. l. 3. c. 1. n. 30.* comprehendo) Austregarum ludicio proponi, propositas diventilari, 4. 5.

 diven-

diventilatas decidi posse, existimo.
6. Nec remoræ sunt verba universalia, siquidem nullum adeò universale verbum dari potest, quod non ex consideratione circumstantiarum & re subjecta restitutionem recipiat, *l. obligatione 6. de pignor. l. ut gradatim* §. *etsi* Lege 1. de mune. *& Bon. l. non & tantum.* §. 19. §. *quod si proemptore 1. de pet. hæred.*

Constat autem ex p. 1. 2. O. S. quòd in ea tantùm principaliter de causis civilibus agatur, in iisq; jurisdictio Cameræ regulariter fundata tradatur, excepto unico casu pacis religiosæ & profanæ fractæ, &c. non igitur absonum si verba universalia ad illas solas causas restringantur, & exinde intellectum recipiant; quo attento corruit altera ratio, quæ dubitandi loco adducta, nim. cum Camera tantùm in civilibus fundata, & per constitutionem Austregarum exemtio ab ejus jurisdictio-

dictione facta, sequitur hanc exem- 7.
tionem vel causas exemptas non alterius generis qualitatisve esse posse, quàm illæ sunt, in quibus aliàs Cameræ competens est. Quamobrem exulant à judicio Austregarum causæ criminales, matrimoniales, feudales, de quibus singulis in sequentibus singulariter dicendum erit.

Criminalium causarum cogni- 8.
tionem penes Austregas esse, adstruunt Barth. VVolf. Herus *in peculiar. hujus quæst. discurs. allegatus à Ziglero in com. conclus. ad aur. prax. Calvol. §. Austregas. concl 3 in pr. quem* Zigler *d. l. sequitur.* Mindan. *1. de proc. in Camer. extrad. c. 9. n.* 1 Matth. Steph, *l. 2. p. 1. c. 3. m. 3. n. 48. de jurisd.* Umm. *disp. ad proc. 4. n. 51.* quæ opinio seqq. à Ziglero congestis rationibus innititur.

Primò ordinatio generaliter de 9.
omnibus causis concurrentibus,

qualescunq; illæ ſint, loquitur: per verba generalia cenſetur de omnibus cogitatum *l. qui de jure mil. Alex. conſ. 42. n. 18. l.* 1. & omniũ cauſarũ ju-
10. risdictione conceſſà etiam cauſarũ criminaliũ cognitio conceſſa intelligitur. *Pauer. l. 2. c. 9. n. 23. de jurisd.* Secundò multo major ratio in hoc paſ-
11. ſu ſubeſt, ut ſtatibus inſtantia hęc indulgeatur utpote cũ quælibet cauſa criminalî, quantumvis ex circumſtantia aliqua levis videatur, quacũque tamẽ civili gravior & magis ardua cenſeatur *l. in ſervorum de pœn. Menoch. A. I. Q. caſ. 464. n. 3.* utpote cum ibi non de ſtillicidiis ſed vita & fama diſceptetur *l. addictos 29. de appel.* ubi profectò ſol occidere, ſed non redire poteſt, & cum ſemel occidit brevis lux, nox perpetuò una dormiẽda eſt, *Nov. Leen. 66. verſ.*
12. cum enim. Iniquum verò & abſonum eſſet, ſtatus deterioris conditionis eſſe in gravioribus ubi, ma-

gis

gis necessarium esset auxilium; cum ipsorum maximè intersit, in re tàm ardua plures habere instantias, & hoc fine ipsum quoq; Austregarum privilegium fuerit introductum *Gail. 1. obs. 1. n. 17.* In pluribus siquidem repetitionibus cognitionum multorum consiliis judiciis eventilata veritas clarior evadit, & quod à pluribus quæritur, faciliùs invenitur *c. de quibus. dist. 20. c. prudentiam de offic. deleg. l. ult. C. de fideicom.* nunquam ergò credendum tam eximios status Imperii in ferioribus & mediatis hominibus postpositos, ut unâ saltem instantiâ se in criminalibus judicari patiantur. Tertiô li- 13.
tis ac negotii (**Spruch vnnd Forderung**/quæ voculæ in ordinatione inveniuntur) nomine etiam causæ criminales continentur. *l. ex judiciorum, 20. de accus. l. in criminali 5. C. de jurisdict.* Quartò licèt 14.
in causis criminalibus ad Camerã nõ

fiat appellatio, utpote quæ nominatim prohibita eſt. *Ord. Cam. p. 2. tit. 28.* §. Nach dem auch/ *& tit. 10.* §. *f. Matth. Steph. p. 1. l. 2. c. 3. n. 208. Gail. 1. c. 1. n. 27. Mynſ. 4. obſ. 41.* exinde tamen ad eliminandam & eludendam primam inſtantiam ejusq; beneficium nihil inferri poteſt, tùm quia hac ratione etiam jurisdictio judicis in loco delicti tolleretur, id quod abſurdum, tùm quia judices Auſtregarum etiam de aliis, quàm in quibus ad Cameram appellari poteſt, cauſis cognoſcant. *Ord. Cam. p. 2. tit. 2.* §. darauff.
15. Quintò multis retrò ſeculis ante ordinationis promulgationem illæ cauſæ, da vmb eines Fürſten Recht / Ehr / Leib vnnd Lehnſchafft zu thun gewesen / non ad aulam Imp. neq; ad ſolùm Imp. ſed ad Pares Curiæ ex perſonis PrincipumImperii transſumptos ſpectaverunt, id quod lat per exempla aliquot deducit *Auct.* der Donaw.

Inform.

Inform. p.1. f.142. & Besold. de jurisdict. Imp. c. 13. ideoq; non tàm facile cre- 17.
dendum, quòd hoc tempore deterioris sint cõditionis Imperii status, aut quod aliquo casu juri suo renunciaverint: Hæc Zigler. *d. l.* Addit M. Steph. *d. l.* quòd mandatæ jurisdictione transeant, quæ jure Magistratibus competunt *l. 1. in pr. de officio ejus cui mand.* criminalem autem jurisdictionem & merum Imperium hodiè jure Magistratus venire. gl. in l. f. verb. id est, Cod. de præscript. long. temp. Quibus suf- 17.
fragari videtur, quòd Camera capax jurisdictionis criminalis, *secundum Mindan. de processu l. 1. c. 19. & noviter Ioh. Heideman. in disp. ad Ord. Cam. t. 3. & Heinr. Schreib. de juvam. appell. concl. 33.* ast suprà modò dictum, Austregarum judicium ingredi omnes causas, quæ ad Cameram pertinent, nisi sint exemptæ, qualis exemtio de criminalibus prædicari nequit.

Ergò ad Auſtregas etiam hæc pertinebunt.

Verùm enim verò an ex præmiſſis rationibus ſolidiſſimè affirmantium probetur vel confirmetur, advertere non valeo. Ideoq; malim cũ
18. aliis *Dd. Ortolpho Fomanno ad l.1.C.ubi ſen. vel clariſſimi, quæſt.4. Lentio diſp. de Auſtreg. A. 31. Beſoldo Colleg. pol. d. 1. diſp. 11. th. 28. Rutgero Rulando p.r.1. lib.2.c.3.n.6. de commiſſ. Cubachio tom. 4. jur. publ. Ienenſ. diſc. 36.* cauſas criminales à conſortio Auſtregarum excludere, in quam ſententiam magis inclinare videtur Vult. *ad d. l. n. 48.* ſecus ac Zigler *d. l.* opinatur, ad cujus ſententiæ ſuffragationem movet me principium in jure noſtro firmiſſimnm, nempe qòud ea,
19. quæ ſpecialis cõceſſionis indiga, ſub generali nunquam veniant. l. 1. & tt. de officio ejus cui mandata juriſdict. Cauſas autem criminales, ſpecia-

cialem concessionem requirere, ex modò allegatâ l. 1. satis apparet. Sanè non sum nesciusRosenthalium 20.
d. F. c 5. concl. 7. in gl. L. F. dicere, hanc legem loqui in iis Magistratibus, quibus merum Imperium ex L. competebat speciali, quod ab iis regulariter in alterum transferri etiam expressè non potuerit, multo minùs id tacitè factum fuisse præsumi debuerit; aliud esse, ubi concedens jurisdictionem alteri concedere possit: Verùm licèt de- 21.
tur d. l. ita loqui, tamen & hoc non denegandum in pr. d. l. §. 1. statui merum Imperium speciali lege vel statuto vel constitutione tribui, quod est fundamentum, cui innitendum. Ita siquidem Jctus colligit: quæcunque lege vel sttauto vel constitutione PP. tribuuntur mandata jurisdictione non transferũtur. Atqui merum Imp. l L. ve statuto vel con-

stitu-

ſtitutione ſpecialiter tribuitur.
gò. In qua ſententia me confirm
quòd hic verſamur in materia ju
22 communi exorbitante: Exorbita
tia autem ſunt ſtrictiſſimæ indo
& naturæ, nec ultra vel ſupra ſpe
ficata traduntur *l. quod contra. 141. d.*
I. c. quæ à jure 28. eod. n. 6. Nec ta
ſunt, quæ in contrarium adduct
23. quin ipſis ſatisfieri queat. Nam p
mam & ſecundam rationem ene
vat illud, quod paulò ſuprà p
confirmatione noſtræ ſententiæ a
latum, nim. quæ ſpecialem conce
ſionem promerentur, generali ne
24. venire, nec ea contenta eſſe: Pr
terea falſum, quod omnium cauſ
rum jurisdictio Auſtregis attribut
ut ipſi contra ſentientes concedun
tùm cauſas feudales Auſtregarum
25. cognitioni ſubtrahunt. *Zigl. d. l.*
lim. 1. ad concl. n. 53. immò plur
cauſæ jurisdictioni Cameraliu
quàm Auſtregarum judicibus ſubj
ct.

ctæ, nec tamen ex eo ad jurisdictionem criminalem concludi poteſt. Secunda ratio reſponſionem recipit 26. ex L. J. C. ubi ſeant, vel clar. nam & olim illuſtres perſonæ non niſi unicam inſtantiam, in criminalibus habuere, nec tamen exinde deterioris conditionis quàm reliqui fuere. Deinde ratio hæc de multiplicatis inſtantiis hodierno tempore, quo appellationes regulariter in Criminalibus non recipiuntur, nulla eſt, & mediati non minus ac alii unâ in hiſce gaudent inſtantiâ, exceptâ nullitatis quærelâ, uti infrà dicetur.

Tertium argumentum ex allega- 27.
tis LL. neceſſariò non probatur, imò ſi vocabula illa Spruch vnnd Forderung tàm latè accipienda, ut contineant cauſas criminales, cur ipſi excludunt à generalitate illa cauſas feudales, & alias, de quibus infrà. Quarta ratio in pluribus 28.
peccat, cur enim non eliminaret pri-

primam instantiam hanc Austregarum prohibitio appellationis? cum
29. ubi appellatio inhibita, ibi generaliter Austregis nullus sit locus, deficiente quippe ratione finali Austregarum: nec video quomodò hac ratione, jurisdictio judicis in loco
30. delicti tollatur. Deinde falsissimum est, Austregarum Judices de aliis etiam causis, quàm in quibus ad Cameram appellari potest, cognoscere posse, nec allegatus §. **darauff.** p. 2. t. 2. hac de re verbulū habet, uti nec ratio Ummii, *quam cum Dd. ex d.* §. **darauff** extruit, juridica. Non enim sequitur à judicibus Austregarū ad Camerā appellari potest, Ergò dicti judices in aliis etiam causis cognoscere possunt, quæ non sunt appellabiles, ut vel puer intelligere possit:
31. imò Camera in pluribꝰ causis cognitionē habet, quæ Austregarū judicibus denegata, *ut in cap. ult. deducetur.*
32. Quintum fundamētum maximā dubita-

bita-

bitationem patitur: Sanior etenim pars Dd. contrariũ asserit, & Informatori Donavverdensi solidissimè respondisse videtur Autor **der nothwendigen erinn.** *ad d. Informat.* Arum. *t. I. jur. publ. Ien. disc.* II. quinimò posito hoc; sed non concesso, nihilominus tamẽ nihil amplius inde colligi potest, quàm quod hujusmodi causæ ad Imp. & pares Curiæ h.e. PP. pertineãt, ut ita magis hęc ratio infirmet quã cõfirmet contrariã opinionẽ. Illud quod ex Stephano allatũ hodiernis moribꝰ non usquequaq; respondet, & plurimi qui mixtũ Imperiũ habẽt & Magistratus sunt, merũ Imperium nõ possident, unde etiam mota disputatio: an concessa jurisdictione merum Imperium hodie veniat? & ipse *d. lib. 2. p. I. c. 7. memb. 2. n.* 155. fatetur concessionem vel investituram **mit gerichten** non nisi inferiorem jurisdictionem continere, nisi specificè merum Imperium desi-

designatum, *p. d. l. 1. d. officio ejus cui. Menoch. præsumt. 97. n. 23. & seqq. libr. 3.*

Quod ultimo de Camera Imperiali adductum, quasi & hæc jurisdictionem criminalem habeat, illud enervat communiter adserta, communiq; observantia approbata sententia contraria, quicquid etiam speciosè post Mindanum Heiderman. *d. l.* contra adserat, qui maximè fallit & fallitur, dum *ex §. Item*
34. **nach dem**. *tit. 28. p. 2. Ord. Cam.* suam stabilire vult opinionem, autumans in illo loco exceptionẽ tradi, quæ Regulam in contrarium firmet. Sanè concedo allegato in loco exceptionem proponi, sed simul illam rectè intelligendam & explicandam dico: Regula est hæc: In criminalibus de generali consuetudine Germaniæ appellatio non recipitur, quod & in Camera observandum; sequitur exceptio, nisi sint delicta,

quæ

quæ corporis afflictivam pœnam nõ promerentur. Item si in causis criminalis corporis afflictivâ pœnâ dignis nulliter vel contra naturalem rationem & æquitatem processus factus, in hisce casibus appellatio admittenda *d.* §. *item* nach dem. Non igitur Regula habet: In Camera appellationes in criminalibns recipiuntur, exceptis, quibus pœna corporis à jure posita est, uti totus contextus arguit, & Recess. Imper. Aug. de Anno 1530. item als jtzt endlicher zeit omnino evincit: nam d. §. Itẽ als jetzt in totum per Regulam appellationes prohibitæ, uti verba evidenter concludunt. Item als jetzt etliche zeit her von peinlichen Sachen vielfältig an unser Käyser. CammerGericht appelliret: auch dieselbe appellation angenommen/ darauff proceß erkandt und rechtlich gehandelt worden/ unnd solches dem alten hergebrachten Gebrauch im H. Reich zu wider: So setzen

,, vnd ordnen wir / daß hinfürter in pein-
,, lichen Sachen kein appellation ange-
,, nommen / sondern damit nach altẽ ge-
,, brauch gehalten werden sol / & demum
An. 1555. in Ord. Cam. d. p. 2. tit 28. §.
Item nach dem exceptiones additæ.
35. Deinde firmiſſimum habetur argumentum in §. f. tit. 50. p. 1. Ord. Cam. ubi Cameræ in perſonas Camerales jurisdictio criminalis conceſſa, quod factum non fuiſſet, ſi aliàs de jure generalem jurisdictionis criminalis conceſſionem habuiſſet. Nec obſtat explicatio Heidermanni, ſiquidem d. textus non tantùm de carcere ſed etiam jurisdictione criminali loquitur, & verba clariſſima alium detortum ſenſum omninò reſpuunt. Quod adnectit, *ideò ſpeciali mentione opus fuiſſe, quia jurisdictio Civitatis Spirenſis contra delinquentes in civitate fundata*, id in
36. minimo ſtringit: jurisdictio etenim Civitati neque in civilibus, neq;

neq; criminalibus in Camerales utpote Imp. & Imperii Consiliarios & officiales, cujus ipsa subdita est, non minus ac Civitati provinciali in Consiliarios & ministros sui Principis competit. Cæterùm quæ ab Heidermanno adferuntur, nullius sunt ponderis, *quibus dudum à Rulando d. c. 3. satisfactum.* Rema- 37.
net igitur Austregarum judicibus in criminalibus jurisdictionem non esse, & hæc approbat Rumelin. *d. disc.* 1. *q.* 2. *ad A. B.* Coroll. 1. ubi me speciosas Zigleri rationes refellisse scribit, hancque sententiam adeò veram esse cum Lentio adfirmat, 38.
ut nec prorogationi hoc in casu sit locus.

Ubi ergò conveniendi Proceres Imperii in causis criminali- 39.
bus? Vulgò Dd. distinguunt, aut Próceres delinquunt in alieno, ut in proprio territorio? Illo 40.
casu Dominum territorio compe-

tentem pronunciant judicē coram quo ut alii privati forum sortiantur. *Sim. Pistor. post. cons. Modest. consil. 19. n. 29 & seq. vol. 1. Mynd. d. l. c 9. in 2. n. 4. Ruland. d. c. 3. n. 6. Vult. ad tit. 6. ubi senat. vel clar. n. 48. Lent. de Austreg. th. 31. Ant. Coler. de Iur. Imp. Roman. sect. 63. Besold. cl. 1. disp. pol. 11. th. 28. Ioh. Nordeman. de jure Princ. concl. 49. L. B. Zigler d. l. §. Austrega concl. 3. limit. 3. Mart. Rumelin. d. dissert. 1. part. 2. ad A. B. cor. 4. N. Bessius de pact. illust. famil. c. 8. pag. 447.* idq; exemplis probari posse, nisi odiosa, subnectit:
41. nullum enim alium prætextum supplicii de Conradino ultimo Sueviæ Duce tyrannicè & crudeliter sumendi Carolum Neapolis Regem habuisse, aut Angliæ Parlamentum in consanguineam Reginæ suæ Ma-
42. riam Scotiæ Reginam animadvertendi prætendere scribens. Quæ opinio videtur probari *in l. 1. & auth. quia in provincia verb. omni privilegio* ces-

cessante C. ubi de crim. ag. 1. l. c. Si cui crimē 7. §. Idem Imperator pen. l. fin. de accus. l. non est dubium 11. *de custod. reor. l. Præses provinciæ* 3. *de officio Præsid.* adeò ut videatur *l. f. Cod. ubi senat. vel clar. l. si gravius* 16. *C. de dignit. per Nov.* 69. *c.* 1. utpote posteriorem constitutionem derogatam esse. Deinde Camerales in Comit. Ratisbonensib. 43.
de Anno *1594.* ad propositam dubitationem respondere: **Weñ ein einzige Person/sonderlich die mit mitteln dem Reich unterworffen / auff freyer Landstrassen einen bößlichen erschiessen oder eine dergleichen mißhandlung thet/sol er für dem ordentilchē Richter/ da er die That begangen/verklagt werden.** Tertiò adducit eam in rem Nordeman. *d. l. Clem. pastoralis de re jud* addens quartò quod alia plurima hinc oriantur mala, si cuiq; sua liceret prætendere privilegia, omnia malignitati subjicerentur, si securitatem haberent, nec per viam ju-

ſtitiæ injuriã vindicare, aut illatan
44. vino propulſare poſſent. Maxim
quintò, quia in ſuo territorio mı
nus potens ſuperat potentiorem, &
ſuperior extra ſuum territorium de
linquens pro privato cenſetu:
45. *d. l. præſes 3. de offic. præſid.* In poſteric
ri caſu comm. Auſtregis locum fa
ciunt ii, qui Auſtregarum judicibu
cauſarum criminalium cognitio
nem deferũt, excepto Rulando, qu
d. l. Imp. hoc caſu competentem ju
46. dicẽ eſſe doctiſſimè tradit. Etſi Au
ſtregæ ratione actorum quoad ſecũ
di ordinis perſonas locum invenir
nequeunt, Cameræ cognitionẽ ad
ſcribit Mindan *d. l. membr. 1. n. 2. & n*
3. n. 7. & cum Heider. d. diſp. 3. ad ord
47. *Cam. th. 3.* In jure publico Jenẽſ. ton
1. diſc. 13. q. 7. ſtatuitur, reum delin
quentem vel coram Imp. vel Auſtr
gis aut in delinquentis Curia, Co
ßelen vnd Hoffgericht / quibus ſe ſtat
hodiè ſubmittere ſolent, conven

V

vel & in loco rei sitæ in alterius statꝰ territorio, cujus ratione quis dicitur & est **im Landsaß** de crimine cõvinci & puniri posse, sed contra omnem rationem & experientiam ineptissimè statuitur.

Verùm uti ex antecedentibus cõstat. Austregas causarum criminalium nescias esse, ita etiam quando Proceres in alterius territorio delinquunt, Dominum territorii Judicem esse, id non ex jure sed contrarium potiùs inde probari posse, 48.
facilè mihi persuaderi patior. Nam 49.
Regula juris tutissima & certissima est, quòd par in parem habeat potestatem nullam, *l. nam Magistratus 4. de Recess. l. ille à quo 13. §. tempestivum 4. ad SC. Trebell. l. judicium 58. de judic. l. est receptum 54. de jurisdict.* quam in hoc nostro casu officium suũ perdere, ex jure hactenus deprehendere non potui. Quocirca

 tu-

50. tutius duco comuni insistere Regulæ, quàm pro libitu novam effingere exceptionem, quæ nuspiam in jure prodita *contra c. 5. N. 18. l. dissentientes 5. C. de repud. c. illa 2. ne sede vacant c. 15. quis 18. de sent. & excom. in 6.* ne forsan objiciatur, quod Gagnolus in l. frater à fratre n. 260. de Condictione indebit. eos qui sine lege loquuntur, nimis altè volare sine pennis, & ideò non mirum esse si velut Icarus cadant, &c. Et quæsierim ex contradicentibus, an d d.
51. ll. loquantur in casu proprii territorii, an alieni? certè illo modo intelligi nequeũt propter clarum textum *in l f. de jurid.* Ergò de hoc explicandæ, & consequenter hinc ma-
52. ximè hæc stabilitur sententia. Deinde expressè privilegium fori Illustribus & spectabilibus personis in criminalibus concessum, ita ut non conveniri possint in loco delicti *d. l. f. Cod. ubi senat. vel clariss. d. l. si gravius 16.*

us 16. C. de dignit. Quod privilegium noſtris PP. & Proceribus, qui illas perſonas multis paraſangis antecedunt, minimè denegandum.

Deniq; ſuprà allegatam cognitionem ad Imperatorem ſpectare, 53.
ſo vmb eines Fürſten Recht / Ehr / Leib vnd Lehnſchafft zu thun / ſecundùm conſtitutionem Friderici II. & Alberti Imperator: Cui ſententiæ favere video D. Hilligerum *ad c. 20. l. 17. Donell. lit. G.* ubi Vultejum aliter ſentientem notat, & Ummius *d. diſp. 4. concluſ. 2. n. 9.* concedit, ſi 54.
Auſtregis in criminalibus non eſt locus, tunc Imp. competentem in hiſce judicē eſſe ubicunq; etiā delictum fuerit commiſſum, addens, ſi Princeps in civitate Imperiali aut alibi delinquat, tunc eum inibi forum non ſortiri. Nec ab hac ſententia me dimovent, quæ pro contraria opinione ſatis ſpecioſè adducta ſunt. Nam licèt contraria ſen-

Q 5 ten-

55. tentia alibi in praxin rapta, tamen exinde ad jus licentiosa nimis & perniciosa desumitur collectio, cum non quod, fit, sed quid fieri debeat, inspiciendum *l. sed licèt 12. de officio Præsid.* nec exemplis, sed legibus judicandum *l. nemo Iudex 14. Cod de sententia*, & forma ab Impp. constituta observanda, licèt propter imperitiam fortè aliter celebretur. §. f. J. de satis-
56. dat. Ita exempla à Bethio adducta de mero facto, non jure loquuntur, cum ipse Coradinus, dum ipsi sententia lecta, in Notarium invectus dixit, *tune impure leno, scelerate furcifer, ausus es mortis condemnare filium Regis*, an nescis pari in parem imperium & jurisdictionem non esse. *Nic. Cisner. in Orat. de d. Conrad. Crus. l. 2. part. 3. c. 19. annal. Suev. & ipse* Bethius Conradinum tyrannicè & crudeliter occisum esse scribit, unde nulla juris Regu-

Regula vel obſervantia practica deduci poteſt. Sic & ipſa Maria Scotiæ Regina Eliſabethæ Anglorũ Reginę oppoſuit, quòd par in parem nullum jus imperiumvé prætendere, multò minus exercere poſſit. Mich. Tuzinus in 2. part. Theſaur Princ. Deinde licèt hæc exempla nullius iniquitatis accuſari poſſint, tamen quia extra noſtrum Horizontem Romano-Germanicum ſunt, ideò ex iis il- 57.
le menſurari nequit, cum in Imperio ſemper PP. & ſtatus ſuperiorem habeant, ad quem ab eis recurſus juſtitiæ dirigi poteſt & debet, quod de aliis, qui ſuperiorem non recognoſcunt, forſan non æquê dicendum, vel iis accommodari poteſt. Non obeſt d. l. 1. C. 58.
ubi de crim. cũ aliis allegatis, ſiquidem illæ generaliter loquẽtes declarantur, & limitantur expreſſiſſimis ver-

55. tentia alibi in praxin rapta, tamen exinde ad jus licentiosa nimis & perniciosa desumitur collectio: cum non quod, fit, sed quid fieri debeat inspiciendum *l. sed licèt 12. de officio Præsid.* nec exemplis, sed legibus judicandum *l. nemo Iudex 14. Cod de sententia*, & forma ab Impp. constituta observanda, licèt propter imperitiam fortè aliter celebretur. §. f. J. de satis-
56. dat. Ita exempla à Bethio adducta de mero facto, non jure loquuntur, cum ipse Coradinus, dum ipsi sententia lecta, in Notarium invectus dixit, *tune impure leno, scelerate furcifer, ausus es mortis condemnare filium Regis*, an nescis pari in parem imperium & jurisdictionem non esse. *Nic. Cisner. in Orat. de d: Conrad. Crus. l. 2. part. 3. c. 19. annal. Suev. & ipse* Bethius Conradinum tyrannicè & crudeliter occisum esse scribit, unde nulla juris

Regu-

Regula vel obſervantia practica deduci poteſt. Sic & ipſa Maria Scotiæ Regina Eliſabethæ Anglorũ Reginę opposuit, quòd par in parem nullum jus imperiumvé prætendere, multò minus exercere poſſit. Mich. Tuzinus in 2. part. Theſaur Princ. Deinde licèt hæc exempla nullius iniquitatis accuſari poſſint, tamen quia extra noſtrum Horizontem Romano-Germanicum ſunt, ideò ex iis il- 57.
le menſurari nequit, cum in Impèrio ſemper PP. & ſtatus ſuperiorem habeant, ad quem ab eis recurſus juſtitiæ dirigi poteſt & debet, quod de aliis, qui ſuperiorem non recognoſcunt, forſan non æquê dicendum, vel iis accommodari poteſt. Non obeſt d. l. 1. C. 58.
ubi de crim. cũ aliis allegatis, ſiquidem illæ generaliter loquẽtes declarantur, & limitantur expreſſiſſimis

ver-

59. verbis *d. l. f. C. ubi senatores vel clar.* & *l. 16. Cod. d. dignit.* nec derogatum hisce *per d c.* 1. *N. 69.* ex qua *d. auth. qua in*, desumpta: Siquidem Imp. Justinianus solùm privilegia corpori juris non inclusa non obstare, non verò simul statuere voluit, ac si illa, quæ in corpus juris redacta, per delicta amittantur, secundùm approbatam doctrinam Accursii *in d. auth. qua in provincia C. ubi de crim. Th. Mich. de jurudict. concl. 92. l. a. Vmm. d. n. 9.*
60. Sic allegatum responsum Cameralium in Comit. Ratisb. Anno 1594. datum nihil confert ad decisionem, cum de mediatis loquatur, ut patet
61. ex litera. Nec cit. Clem. pastoralis ad terminos hosce quadrat. Robertus etenim Siciliæ Rex non par Imperatori sed ejus subditus fuit, secundum Bartholum in extravag. qui sint rebelles §. rebellando n. 8.
62. v. an autem sit rebellis. Quod quarto impunitatem delictorum attinet,

ea

ea non extimeſcenda: nam licèt Dominus territorii delinquentem hoc in caſu punire nequeat, nihilominus tamen delinquens Imperatoris vindicem manum effugere non valet. Deniq; non officit *d. l. Præſes* 63.
3. de Off. Præſid. nam illud, quod in d. l. dicitur, noſtris applicare Proceribus, qui ubicunq; ſunt & morantur, dignitatem ſuam illæſam retinent, nimis abſonum foret. *Beſold. de jurisd. Imp. Rom. quæſt. 16. & de juvam. appell. c. 2. §. 15.* quinimò ipſa lex tantùm loquitur de exercenda jurisdictione in alterius provinciæ homines privatos. Ineptè igitur ad hunc noſtrum caſum extenditur, qui deciſionem non ex d. l. ſed ut anteà edoctum *ex d. l. f. C. ubi ſen. vel clar. & l. 16. de dignit.* promeretur.

Matrimonialium cauſarum co- 64.
[...]tionem quod attinet, & hanc Au[...]regis ſubjici poſſe tradunt, Mind. *de proceſs. in Cam. extrah. l. 1. c. 10. m. 2. n. 4.*

n.4. Vult. d. l.1.n.49. C. ubi senat vel clarif. ubi hac de re in illustri causa disputatum fuisse, & ita viris expertis placuisse, hancq; sententiam veriorem & tutiorem esse testatur, licèt subjungat hanc quæstionem egere decisione Cæsareæ Majestatis & statum Imperii: Consentit hisce Zigler. *in d. §. Austregæ. Concl. 2.* quæ opinio seqq. vult adstrui rationibus. 1. Privilegium primæ in-
65. stantiæ statibus immediatis in genere, in quibusvis causis absq; ullo discrimine conceditur p. 2. Ord. Cam. tit. 4. in verbis, **mit Recht wolten beklagen / warumb oder aus was Vrsachen das were.** Cum igitur ordinatio generaliter loquatur, dubio procul generaliter intelligenda, *leg. de precio. 8. de publ. in rem act. l. f. C. de hæreditat. & act. vend.* maximè quia generalis dispositio tantum operatur in speciebus, quantum

tum specialis expressio singulo- 66.
rum *l.* 1. §. *initio ejusdem 4. de offic. Præfect. urb.* & generalis locutio singulas species, quæ generi insunt, comprehendit non aliter, ac si omnes nominatim fuerint enumeratæ atq; expressæ *l. si duo de adminiſt. tut.* nec ulla species excepta videtur, nisi nominatim adjiciatur, *l.* 1. § *generaliter .c de leg præstand. Zigl. d. l. n.* 1. *&* 2. Idque 2. eò magis verum est, cum geminata reperiantur. in d. ordin. verb. **warumb unnd aus was Ursachen das were /** quæ singularem quandam generalitatis emphasin habent: geminata siquidem semper fortiora sunt 67.
simplicibus *l.* 22. *C. ad S C. Vell.* & geminatio vim claræ derogatoriæ habet, ex eaq; animus omninò 68. 69.
deliberatus elicitur. *l. cum ostendimus 4. de fidejuſs. tut. Zigl. d. l. n.* 3. *&* 4. vel quod propius rē hanc attin-

70. attingit, eamq; firmat, geminationis ea est vis & energia, ut ampliet
71. dispositionem. *Ruin. cons. 98. n. 12. l. 2.* adeò ut comprehendantur etiam non verosimilia & majora expressis *Menoch. cons. 289. n. 25. & cons. 282.*
72. *n. 17.* imò majorem vim habent verba geminata, quàm universalia simplicia, suntq; instar specialis expressionis. *Menoch. cons. 320. n. 2. Paris. consil. 9. n. 20. l. 3.* maximè si à Principe, uti hîc profecta. *Tib. Decian. cons. 41. n. 36. vol. 2.* quæ omnia in hoc casu concurrunt, dum adsunt verba universalia simplicia geminata, & à Principe summo profecta. Erg. Tertiò Ordin. Cam. d. q. 2. manifesta-
73. riò secundùm intellectum Zigleri d. l. n. 5. causarum spiritualium, quales matrimoniales reputantur, mentionem facit, ib. **mit Rechtfertigũg Churf. Fürsten oder Fürstmässigẽ/ Geistlicher oder Weltlicher umb spruch und forderung.** Nec huic opinioni 4. resiste-

resistere videtur, quòd Pontificii 74.
magno conatu matrimonium rem
merè spiritualem faciunt, cujus causa
coram judice seculari tractari nō
potest, *c. multorum 35. quæst. 6. c. antecedentibus de excess. cler. c c. ausam 16. de officio deleg. c. 2. & 3. de judic. c. 1. de consanguin. & affin.* cum contractus 75.
matrimoniales quoad formam &
subsistentiā sint seculares *Hotoman. cons. 108. n. 2. Mind. d. l. n. 3. Alb. Gentil. de Nupt. libr. 1. c. 18. & seqq. Cypr. de spons. c. ult. §. 29. n. 9.* & propterea 76.
eorum cognitio hodiè in terris protestantiam
non injuriâ Canonistis
adempta. *Zigler. d. l. n. 8. & seqq.* 5. putat 77.
Zigler. *n. 11.* hanc sententiam ex eo
roborari, quia hæc ordinatio de
privilegio Austregarum sub Imp.
Ferdinando Anno 1555. edita, confirmata
& autoritate juris publici
donata, quo tempore jam ante Anno
1552. pacificatio de Religione
promulgata, ac communi consensu

R Impe-

Imperii postea approbata, ubi indubitatò omnium Ecclesiasticorum actuum jurisdictio & cognitio in reformatis Ecclesiis ad PP. jure superioritatis sunt devolutæ.
78. Addi denique potest & ea ratio, quòd in Ord. Cam. quidam casus excepti, de quibus Austregarum judices cognoscere non possunt, inter quos matrimoniales causæ non reperiuntur, quocirca jure suadente sub generali dispositione & regula continebuntur. Imò licèt privilegium Austregarum loco exceptionis habeatur, ut quidam volunt, Reinkingk *de reg. secul. & Eccles. l. 3. clas. 1. c. 10. n. 34.* tamen
79. quia exceptio facta à regula respectu unius vel aliquorum casuum sive rerum extenditur ad causas similes vel majores rebus vel casibus exceptis. *Felin. in c. labor. de homicid. Decius & Cagn. in l. 1. de R. I. Everh. in top. in loc. ab except. ad reg.*

reg. n. 5. Covaruv. var. resol. 2. c. 5. n. 6. & criminales causæ secundum suprà allegatos exceptæ, ut ad Austrægas pertineant, certè & matrimoniales, quæ criminalibus æquiparantur *c. pen. de rest. in integr. Zas. cons. 3. n. 27. v. 2. Gail. 2. obs. 94. n. 1. Vult. cons. m. 15. n. 256. v. 1.* exceptæ erunt à jurisdictione Cameræ, ut eorum cognitio judicibus Austregarum competat.

Equidem in eo Ziglero & aliis facilè assentior, quòd causæ matrimoniales, si jus divinum, gentium & civile consideratur, sint merè seculares, à reliquis negotiis vitæ humanæ non alienæ *Beust. de Matr. n. 2. B. Luther. in proœm. lib.* **von Ehesachen/** *ubi sic scribit:* **Es kan ja niemand leugnen/ daß die Ehe ein eusserlich weltlich Ding ist / wie Kleider vnd Speiß / Hauß / Hoff weltlicher Obrigkeit vnterworffen.** Unde causarum 80.

81. matrimonialium cognitionem
decisionem solo Magistratui Po
tico competere dicit d. l. ubi
loquitur: Wo wir beginnen Richt
in Ehesachen zu werden/so hat vns d
Kamrad bey dem Ermel ergriffen v
wird vns fortreissen / daß wir au
müssen vber Leib vnd Gut richten /
sind wir denn hinunter vnter das R
vnd ersoffen im Wasser des weltlich
82. Handels/sic Augustan. Conf. A.
de potest. Eccles. §. si quam haben
Episcopos potestatẽ, & jurisdictio
nem, quam in cognoscendis caus
matrimonii obtinent, jure human
habere fatetur. Moribus ergò no
83. stris licèt Ecclesiastici in consisto
rio cognitioni & decisioni caus
rum matrimonialium adsint, tame
non tantum juris, quoad eas com
petit, quantum de jure Canonic
aliâs Clerici habent. Et Knich. *de*
84. *jur. terr. c. 3. n. 235.* scribit, divers
modè apud nos & reformatę religio
ni

nis asseclas circa cognitionē causarū matrimonialium observari, alibi etiam ut Palatinatu & Hassia tractari illas à Politicis, quod non in toto Palatinatu & universa Hassia obtinere experienita contraria certiores nos reddit.

Sic non inficior, jurisdictionem 85. Ecclesiasticam in causis matrimonialibus per saluberrimam constitutionem pacis religiosæ quoad protestantes suspensam, uti egregiè deduxit Reser. *in causa Dostmundi contra officialem Coloniensem, ceu videre est ap. Gilmannum in Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. vol. 2. ad suppl. 8. f. 187. & seqq.* ubi mandata contra Ecclesiasticos hoc casu decerni testatur, 86. uti factum in d. causa Dostmund contra Officialem Colon. Mompelgard contra Archiepiscopum Byzantinum 8. Jan Anno 1560. Memmingen contra Chorgericht zu Augspurg Anno 1589. 7. Maij H. Bruning.

de variar. univerſ. ſpecieb. conc
87. 20. l. B. Syring. de P. R. concl. 29.
D. Et licèt objici poſſet, ſi hæc
pinio toleranda, tunc concluſoria
futuram claram reſervatoriam pa
religioſæ annexam, in verb. **Aber**
andern Sachen vnnd Fällen / e
cum ſi verba illa non ad matrim
nialia reſtringenda, caſus nullus f
ret, quo jurisdictio reſervata exe
ceri poſſit, nihilominus tamen
lud non obſtat, aliquot enim caſ
dari poſſunt, in quibus ita illa ve
ficari, ſuamq; operationem haber
poteſt, ſicuti unus à Gilmanno d
f. 219. referri videtur, ubi verb. a F
derici VVürceburgenæs ex epiſto
22. Jan. A. 66. ad Paſtorem Aug
guſtanæ Confeſſionis **zu Vnoßlet**
data refert, **vermög des Religionsfr**
in Sachen vnd Fällen / da der Augſp
giſchen Confeſſions **Religion kein e**
trag beſchicht / iſt vns vnſer Oberre

vnd Gerechtigkeit vnbenommen/vnnd mögen wir vnsere geistlich jurisdiction wol vben. Poscebat autem dictus Episcopus die gemeine bewilligte contribution von bemeltem Pfarrherrn / ita ut non secus ac aliæ personæ Ecclesiasticæ in sua diœcesi habitantes cōtributioni Imperiali sese submitteret. Aliter ad d.l.pac.Relig.Syring. d.l. Sed quòd inde sequatur, Austre- 88.
gas etiam in matrimonialibus locū habere non concedo, nam non 89.
plus potest esse in exemto, quàm in eo, unde exemtio processit, & deo sumpta est, reperitur, nec causa secunda amplius potest, quàm ei à causa prima fuit infusum *l. si quis domum. 9. §. 1. locat. l. per te. §. prædium de leg. 2. Cagnol. ad l. 1. n. 28. & 30. Dec. n. 19. & 20. de Rod. dyn. ad rubr. eod. tit. in 6. n. 17.* atqui jurisdictio Imp. 90.
à qua per constitutionem Austregarum exemtio facta non fuit, secundum morem & formā ejus temporis,

quo Auſtregæ introductæ, licèt de jure civili & veteri imperii aliud erat & eſſe debebat], non fuit fūdata, Impp. ſiquidem in Eccleſiaſticis, quales matrimoniales cauſas eſſe Pontificii aſſeverant, nulla cognitio & jurisdictio tum temporis fuit. Et licèt Imperator de jure poteſtatem & jurisdictionem in matrimonialibus habuerit, tamen cum ille, ſe ſecundum morem & formam illius temporis regulaverit, non voluit eam transferre. In omni a. conceſſione requiritur poteſtas & voluntas, quorum alterutrum ſi defecerit, conceſſio nulla reputabitur. Ergò cum Imperator hujusmodi cognitionem non habuerit, eam in Auſtregas transferre non potuit *l. nemo plus 54. de R. I.* Et hujus ſententiæ
91. etiam *D.* Reinkingk *de reg. ſecul. & Eccleſ. l. 3. cl.* 1. *c.* 10. *n.* 32. *& ſeqq.* eſſe reperio, qui n. 35. ultra prædicta ad-
92. dit, illas cauſas, quæ ad Auſtregarum

rum judicium pertinent, per appellationem ad Cameram devolvi posse, causas autem matrimonales ad illam per appellatienem devolvi nō posse. Quamvis Joh. Heiderman, 93.
d. disp. ad Ord. Cam. 3. th. 47. velit, si causæ matrimoniales in consistoriis Ecclesiasticis statū protestātium disceptentur, ab iis ad Cameram appellari posse, quod tamen usus non recipit. 94.
Non obsunt, quæ in contrarium allata: nam ad 1. & 2. respondet **Reinkingk** d. l. n. 36. scribens: licèt generalis & geminati sermonis 95.
magna vis sit, tamen verba uteunq; universalia & geminata non illimitatè effusoq; sono, sed determinatè secundum voluntatem efferentis, præsuppositam potestatem, reque subjectę aptitudinem & qualitatem accipienda & determinanda *Zas. 1. sing. resp. c. 6.* Hanc verò Imperatoris voluntatem non fuisse propter præsuppositum de facto, defectum po-

testatis omninò vero simile & p
certo habendum, & aliâs notu
96. quòd generalitas,quæ nō nisi inc
tis speciebus verificari possit,
mente proferentis ad eas cōtrahe
da & restringenda. Breviter cōtra
loquūtur de dispositione ejus,qui
potestatē & voluntatem disponen
habet,hęc duo etenim in omni dis
97. sitione & actu requiruntur *C. cum*
per 23. de offic. deleg. l. multum intere.
6. C. si quis alter vel sit. Alex. cons. 52.
3. v. 3. Afflict. decis. 305. n. 7. Ever
præf. cons. 58. n. 18. Petr. Antonius de
petra de jure quæsito non tollend. p
Princip. in Præfat. n. 4 ubi n. 5. addit, i
98. duo omnes actꝰ nostros canoniza
Imp. a tam temporis ob longam
surpationem Pontificiam potesta
de rebus matrimonialibus cogn
scendi judicandiq; nō habuit. Erg
eam per illa verba universalia & g
minata in Austregarum judic
transferre non voluit. Ratio
lab

laborat crassissimo elencho compositionis & divisionis vel potiùs distinctionis: nam verba secundũ rectitudinem sermonis d. l. ita distinguenda: Item, mit rechtfertigung Churf. Fürsten vnnd Fürstmässigen / Geistlicher vnd Weltlicher vmb Spruch vnnd Forderung / die jhrer einer zum andern hette / ut verba Geistlicher vnnd Weltlicher ad præcedentia Churf. Fürsten oder Fürstmässigen nec sequentia vmb Spruch vnd Forderung referenda, sicut cuivis verba inspicienti patet. Et si d. verba Ziglero patrocinari deberent, tunc ita poni debuissent, vmb Geistlicher vnnd Weltlicher Spruch vnnd Forderung. 99.

Sic quartam rationem non obstare 100
ex suprà dictis apparet.

Nec quinta relevat: Ordinatio 101.
etenim de Austregis non primùm à Ferdinando in Ordin. Cam. de Anno 1555. sed à Maximiliano I. in Ord. Cam. de Anno 1495. rubr. wie

Churf.

Churf. facta. Maximiliano autem imperitante nihil de pace religionis & jurisdictionis Ecclesiasticæ suspensione cogitatum, minusvé actitatum: Sed illa à Ferdinando I. tum
102.
temporis Rege Romanorum introducta, sicut ipsum crebiis sermoni-
103.
bus ante obitum hæc usurpasse Crato *Archiater Cæsar. in Epistola dedica. Histor. Bohem. Dubravii ad Rudolphum & Ernestum respectivè Bohem. Reg. & Austriæ Archiduces* testatur; inter summa beneficia, quæ Deus in gubernatione Imperii concessisset primùm atq; maximum vero animi judicio & optima conscientia hoc se ducere, quod ad sedandas discordias publicas animum adjecisset, & tolerantiæ in Religione formulam benignissimus Deus sibi in mentem dedisset, ut hinc Ziglerus nihil, quod ad suam opinionem fulciendam facit, desumere possit. Ultimum idem non movet: nam ut sæpiùs

piùs traditum, exemtio à jurisdictio- 104
ne Imp. & Cam. facta: at nec Imp. multò minus Camera, quæ ejus vice judicat, tum temporis jurisdictionem in matrimonialibus habuit, ergô non opus fuit exceptione, cum debeat exceptio esse de cōtentis regulæ Cagn. ad l. 1. n. 28. & 30. Dec. n. 19. & 20. de R. J. & falsum est Au-
stregas in criminalibus cognoscere, 105.
uti suprà edoctum, unde potius invertendum argumentum, cum Austregarum Judices in criminalibus cognoscere non possint, eosdem nec in matrimonialium causarum cognitionem obtinere.

Quocirca Lentius d. l. th. 32. Imp. 106
quoad status Augustanæ Confessionis in matrimonialibus competentem esse dicit, quod ratione non caret cum Imp. competentem ob jurisdictionem de jure divino, gentem & jure civili in hisce causis ipsi
debitam agnoscat. Feudalium cau- 107.
sarum

ſarum cognitionem Auſtregarum
judicio detrahunt & denegan
Gail. 1. *O.* 29. *n.* 7. *Frider. l.* 1. *c.* 19. *n*
10. *Chriſtoph. à Straſſen conſ. germ.* 2
n. 9. *tom.* 3. *Roſ. de* 1. *c.* 12. *concl. C.* 1. *n*
27. Reinkingk *de reg. ſecul. & eccleſ. l.*
cl. 2. *c.* 16. *n.* 17. quæ ſententia juris
feudali amica eſſe cenſetur. Indo
les etenim & natura controverſia
108. rum feudalium non permittit, u
illę regulariter coram ordinario ju
dice diventilentur, ſed contra expo
ſcit forum ſpeciale Domini, ſi con
troverſia inter duos vaſallos *c.* 1.
l. 18. *c.* 1. *in pr.* 2. *l.* 34. *Zaſ. part.* 11. *n.*
Schrad. de F. p. 10. *ſect.* 1. *cum ſeqq*
Roſenth. de F. c. 12. *concl.* 1. *& ſeq*
quando verò lis inter Dominum &
109. vaſallum vertitur, tunc Pares Cu
riæ judices ſunt. *c. inſuper §. prætere*
ſi inter de prob. feud. alien. per Feder.
cum de re controverſ. feud. ap. Pares 2
F. 16. *c. ult. de controverſ. inter Epiſ*
& vaſall. 2. *F.* 20. *Schrad. d. l. ſect.*
ub

ubi n. 39. ampliat, & eo casu quo Imp. cum Vasallo de feudo regali lis intercedit, Pares Curiæ judices esse, non obstante *tit. 7. part. 2. Ord. Cam. Vult. 2. t. 2. n. 14. Rosenth. d. l. concl. 3.* Quæ placita fundalia, cum sint incorrecta, meritò iis adhærendũ, præsertim quòd aliâs, quæ speciali concessionis indiga, generali non veniant *l. 1. & 1. 1. de offic. ejus cui mand.* Unde si feuda im̃ediatè ab Imp. dependent, Imp. si mediatè tum mediato Domino feudi cognitio attribuitur. *Zas. d. l. n. 7. Vult. d. c. 2. n. 10.* Qui quidem *d. l. n. 9.* Imp. in eo tantùm casu judicem competentem solum facit, quando litigium de feudo regali incidit, reliquas verò causas de feudo non regali im̃ediatè ad austregarũ judices spectare putat, quod & Lentius d. l. th. 34. adserit, quæ tamẽ opinio jurifeudali non congruere videtur. Hinc soli Imp. cognitionem in causis feudalib9 im̃ediatè ab Imp. depẽdentib9 cum Paurmeist. 110.

l. 2. c. 6. n. 300. Gilhausen in arb. Iudic. c. 1. p. 1. §. 8. n. 10. Schoner d. F. disp. 2. th.
111. *54. p. 2.* exclusa Camera. Nam jurisdictionis Cameræ factæ communicatio est renunciatio juris ex de-
112. creto electionis jure gent. Imp. competentis. Renunciatio a. stricti juris est. *l. quicquid adstringenda.* d. §. O. Deinde dispositio generalis non
113. corrigit vel tollit specialem, vel specialem rationem habentem. *Dec. & Cagnol. in l. in toto jure de R. I. Rosenth. d. concl.* 1. *n. 28.* ubi per hanc ipsam rationem Austregas in causis feudalibus cognoscere non posse, evincere contendit, & in generali commissione causarum non veniunt speciales *c. cum in generali de R. J.*
114. *in 6.* Tertiò licèt Imp. generaliter & universaliter cameræ jurisdictionem suam communicaverit, in casibus non exceptis, id tamen de ordinaria saltem, & quæ propriè Cæsarea dicitur, intelligitur. *Ord. Cam.*

p. 2.

12. *tit.* 27. *verſ.* ob der Käyſerlichen jurisdiction. Jurisdictio autem Imp. 115.
tanquam Domino feudi competens ab ordinaria & generali juris reddendi poteſtate, eidem tanquam Regi Romanorum jure electionis competente plane diverſa ac ſpecialis, ut conſtat ex jure feudali. Ideoq; in mandato jurisdictionis ordinariæ communicatorio Cameralibus dato minimè continetur.
Non obſtat, quod tit. 7. pr. 2. Ord. 116.
Cam. ſolæ cauſæ feudorum regaliũ Imperii majorum cognitioni Imp. reſervata: Nam illæ excipiun- 117.
tur non ut feudales natura ſua, aliàs ad Imp. tanquam Dominum feudi pertinentes *c.* 1. *ap. quem vel. quos* 1. *F.* 18. ſed ut cauſæ illuſtres & majores majorem per ſe judicem requirentes. Magenhorſt 1. *n. annot. ad d. t.* 7. *per l. non diſtinguamus* §. *de liberali. de recept. l.* 2. *C. de pedan. judic. l. jam dudum C. ubi cauſ. ſtat. P. Denaiſ. in jur.*

Cam. verb. feud. tit. 148. Linea Da
stadt *in replic. & conclus. eventual.* c
Marpurg. fol. 129. Gail. 1. c. 1. n. 3
118. generaliter causas maximas Imp
servari ex Olrado & Gontavero
dit Paurm. *d. l. n. 106.* Unde suprà
ctum in causis, da vmb eines Für
Recht / Ehr / Leib vnnd Lehnschaf
thun / Imp. solum olim judicasse,
ut recess. Imp. Mogunt A. 1236.
24. habet, vnd sol die Lüderechten
jhme klagen von allen Lüden / ohn F
sten vnd andere hohe Lüde / wo es g
an jhr Leib oder an jhr Recht / oder a
Erb / oder an jr Ehr / das wollen wir
ber richten referente Goldasto co
119. Imp. p. 80. Et licèt cognitioni In
non aliter locus, quàm si Comitat
Ducatus sunt feuda Imperii imm
diata, tamen exinde non conclu
tur, quòd ad Imp. pertineant ca
hujusmodi, ut feudalis, cum lis p
sit esse de Ducatu, de Comitatu, c
tamẽ nõ feudalis uti multis casib

cor

cõtingere poteſt, *V. omninò* Reinkingl. 1. *cl. 4. c. 19. n. 63.* Deinde nõ refragatur, 120.
quòd generalis Cameræ Imperiali facta jurisdictionis cõceſſio, cum id tantũ de ordinaria nõ ſpeciali feudali intelligi poſſit & debeat, nec unico argumẽto demonſtrari poteſt, quòd Camera Imp. in omnibus, & per cõſequens, etiã in feudalib9 repræſentet, aliàs n. & in criminalib9 eandem repræſentaret, quod falſiſſimũ; imò Cameram non univerſalẽ ſed limitatam jurisdictionẽ habere, ut nõ niſi in cauſis ipſi comiſſis judicare poſſit, docet Bender. de reviſ. concl. 37. 121.
n. 66. Græven. ad Gail. concl. 1. n. 2. lib. 1. cauſæ a. feudales non reperiuntur Cameræ commiſſæ, diſſ. Gail. 1. C. 29. n. 2. & 3. Borch. de Feud. c. 122.
10. n. 3. Roſenth. de concl. 1. n. 29. Th. Mich. de jurisdict. concl. 28. lit. B. & 30. lit. A. H. Hartman. 2. O. princ. tit. 58. O. 42. qui in cauſis feudalibus non regalibus Camerã

cum Imp. concurrentiam jurisc
ctionis habere notant. Quæ op
nio licèt usu à quibusdam recep
dicatur, tamen priorem de jure v
riorem esse, imò hoc pacto Austreg
123. à cognitione controversiarum fe
dalium nulla ratione Guiluan, R
senth, & alios exculdere posse juc
co, cum Austregæ de omnibus ca
sis, in quibus Camera cognitione
habet, & in Ordin, ut hujusmo
feudales sunt, exceptæ non repe
untur, judicare possint. Aliter di
Schrad. *part. 10. sect. 2. n. pen. & u*
124. qui hasce causas soli Cameræ e
clusâ aulâ Cæsareâ, cum Came
privative concessam jurisdicti
nem habeat, adscribit, sed falsò,

Sanè de causis feudorum rega
um nulla est dubitatio, quin cogr
tio earundem ad Imp, exclusa C
125. mera spectet. *d. tit. 7. p. 2. O. C.*
in eo Dd. non conveniunt, an
Imp. ita spectet, ut solus exclusis I
rib

ribus Curiæ.h.e. statibus cognosce-
re valeat? Nam negativæ patroci- 126.
nantur Inform.Donavvert.*p.1,f.142.*
Elector. Brandeb. & Comes Palat.
Neoburg. in scriptis de Ducatibus,
Juliæ, Cliviæ, Bergæ, &c. Linea
Cassellena Hass. in caus. success.
Marp. Aut. des kurtzen vnd gegründeten Berichts / vber die Frage/ob die Röm. Käyserliche Majestet in Sachen Fürstenthumb belangend allein vnnd zwar durch dero Reichs Hoff Rath oder mit zuziehen der Chur vnd Fürsten des Reichs als Parium Curiæ zu erkennen/Besold. *de jurisd. Rom. Imp. quæst. 13.* Joh. Heiderman. *disp.ad Ord.Cam. 3. th.34.* ubi dicit, hodie non paucos eosq; viros PP. de salutari pristini Imp. statu ex archivis suis edoctos cum negativa transire. Contrà af- 127.
firmat Aut. der nothwendigen erinnerung ad inform. Donavv.*p.1.f.161.* & *seqq.* ubi hanc sententiam rescripto augustissimi septemviralis Col-

legii ad D Rudolphum II. Imp. p. r
D. 17. Nov. A. 1611. dato probat, S
renissimus a. Dominus Saxoniæ:
der außführlichen wolgegründeten d
duction an den entledigten Fürste
thumb Gülich/Cleve vnd Berg/ &
aliis scriptis. Illustrissima line
Darmstatina Hass. in d. causa Ma
purg. Gothof. Antou *disp. Antivi*
2. in Coroll. th. 17. Christian. Bart
in Comp. Ord. Cam. p. 2. t. 7. Mich
jurisd. concl. 28, Vult. *2. F. 2. n. 8*. Gæd
disp. F. 11. th. 3. L. B. &c. Col
de jure Imp. German. sect. 23. & se
Arum. *disc. jur. publ. Ienens. 11.*
Arnold. Engelbrecht *de jurisdict. co*
117. cum seqq. Borch. *de F. c. 10.*
Rosenth. *de F. c. 12. concl. 3. n. 6.*
hasce lites Imp. vicaria opera p
runq; aulico suo consilio dirim
das mãdare testatur, Schutz *de Vi*
Imp. concl. 14. Reinkingk *de reg Eccle*
secul. l. 1. cl. 4. c. 19. per tot. Pla
hîc adscribere dissertationem qu

diam, in qua utriusq; partis argumenta proponuntur & ponderātur, ex quo quilibet eligere potest, quā sequi velit sententiam.

Cognitio a. causarum regalium feudorum ad Imp exclusa Camera pertinet, non tantùm in petitorio sed etiam possessorio secundum Aut. præjudic. Camer. *verb. Austreg.* Amicus noster Schütz. *d. l. concl. 15.* Arum. *ad. A. B. disc. 3. th. 42.* cum continentia causæ separata judicia non admittat *l. quoties 3. l. nulli prorsus 10. C. de judic. l. ordinarii 13. C. de R. V. c. 1. de sequestr. c. pen. de rest. in integ. c. 2. de rescript. in 6.* nec ex nudis verbis **gentzlich vnd endlich** correctio juris cōmunis admittenda. Bellè Gæddæus *in simili de contr. committ. stipul. c. 9. sub n. 164. tradit*, à juris præsumptione tot locis confirmata per unicam particulam non continuò recedendum esse, cum fortior sit ista, quàm quæ ex unica ac nuda vocula emergit.

128. 129. 130.

131. Et poteſt verbum gäntzlich eti
in proprio & verificari, ſiquidem
poſt alios Gail, 1. obſ. 7. n.4. trac
132. poſſeſſorium non minimi præju
cii eſt, quia ſententia in eo lata,
definitiva, nec alium poſt ſe ſu
poſſeſſorio expectat ſententiam u
de plenum & perpetuum præjudi
um in poſſeſſorem adfert, & h
communiter receptum eſſe teſtat
Fulv. Pacian. de prob. & c. 20. n. 83
bi plures citat. Adjudicatur igitur
poſſeſſorio plenario parti victrici
totaliter poſſeſſio. Et certè viden
133. verba gäntzlich und endlich mut
explicativa eſſe, nec aliud inferr
quàm quod momentaneum poſſ
ſorium, in quo ſententia definiti
non fertur, coram Camera pera
poſſit; præſertim, quia vocabulu
gäntzlich nõ minùs clarũ præponit
& alterum endlich ut clarius, & qu
priùs explicet, poſtponitur. Deni
favor cauſæ, nim. quòd majores ca
ſæ m

ſæ majores requirant judices, æquè 134.
militat in poſſeſſorio ac in petitorio
diſſ. Barth. & Gothofr. Ant. *dd.ll.* 135.
Knichen de territ. jur. c. f. n. 20. & ſeqq.
Beſold. d. q. 33. in pr. Reinkeingk *d. l. n.*
50. Th. Mich. de jurisd. concl. 28.

Quid verò, ſi vaſallus ratione feudi 136.
Dominum coram Auſtregis conveniat, anne judicium tenebit & valebit? cum in cauſa **zuelen** contra **Hertzogen Frantzen von Saſſen Lawenburg** res hæc in Camera diſceptata, taciturnitatem vaſalli hoc in caſu nullitatem excuſare concluſum fuiſſe teſtatur Rul. *de com. p. 4. l. 8. c. 1. n. 2.*

Ratio hæc eſt, quòd judex ſuperior, ſi de meritis cauſæ conſtet, ſententiam confirmare poſſit, non obſtante defectu jurisdictionis poſt Alex: qui de communi teſtatur. *Guid. Pap. V. ant. de nullit. tit quib. med. ſent. null. dif. poſ. n. 132. Viv. deciſ. 331. n. 12. Græven ad Gail. concluſ. 42. conſid. 1. n.*

 4. ubi

4. n. 140. sequi ex aliis tradit, senten-
am nō habentis jurisdictionem co-
firmari posse per habentem in ca-
sa jurisdictionem & Principem i-
ferioris judicis sententiam defec-
jurisdictionis laborantem confi-
mare posse *Petr. de pot. princ. c. 15. n. 2*

137. Notandum, licèt causæ feudal-
regulariter ad Austregas non pert-
neant; tamen id fallere, quando ali-
ad ordinarium spectant, itē quomo-
do lis non est propriè feudū ipsum
sed aliam qualitatem, quæ merè c-
vilis est, attingit, quod ex consuetu-
dinibꝰ feudalibꝰ & Dd. supplendi-

Remanet igitur suprà in pr. huju-
c. posita conclusio, quòd Austrega-
rum judices in civilibus tantùm co-
138. gnoscant. Quid v. dicendum, ann-
& rei vindicatio corā Austregis in-
139. tentari potest? Hostiens. post gl. i-
c. sanè 3. in verb. provinciæ de fo-
compet. referente & approbante
Zangero de except. part, 2, c, 1. n, 34-
vu-

vult in actionibus realibus & interdictis agendum esse in loco, ubi res litigiòsa est. *per d. c. sanè 3. & c. f. de for. compet. l. f. C. ubi in rem act. l. si prædium rusticum 16. C. de præd. minor.* cujus sententiæ & Donellus *lib. 17. tom 17. & ejus enucl. Hilligerus imbi est. Ruland. de com. p. 4. l. 8. c. 1. n. 8.* ubi tamen hanc in rem falsò Vultejum & Colerum allegat. Quocirca secundum horum opinionem, rei vindicatio coram Austregis institui nequiret, sicut & Schvvanman. *decis. 21.* ratione actionis realis privilegium hoc cessare dicit. Contrà Paul. Castr. *in d. l. f. C. ubi in rem. n. 2. & ib.* Joh. Sich. *n. 2.* Cujac. *in paratit. C. ubi de hæred. agit.* Cephal. *cons. 263. n. 9.* Joh. Petri Surd. *cons. 268. n. 84.* Trentacin. *var. resol. l. 2. resolut. 4. n. 6.* tum demum ob res alibi sita Dominum vel possessorē eò loci conveniri posse autumāt quādo ibi reperiatur, quā sententiā communem 149

& re-

& receptam esse Cothman. *resp.* ... *eadem, 27. n. 145.* testatur. Quæ tr... ditio, si vera, tunc adstrueũnd fore... rem vindicare satagens, actione... coram Austregis intentare debere... si verò ille, contra quem actio di... gitur, in loco rei sitæ inveniatur, h... casu liberum esse actori, vel Austr... garum vel judicem rei situatæ adir...
141. Tertiò secundum Hugolinum & P... trum *referente Ioh. Andrea ad specul... tit. de compet. judic. adit. §. 1. n. 17. t... 2. Azone in summ. n. f. C. de jurisdi... Cyn. in d. l. f. C. ubi in rem act. n. f.* distin... guendum esset inter res mobiles...
142. immobiles. Verùm enim verò u... ultima hæc opinatio (silentio inv... lutis reliquis opinionibus, quæ a... Hilligero d. l. recensentur) dudu... etiam ab antiquioribus atro nota... lapillo: ita neutra præcedentiu...
143. vetitati congrua esse videtur. Na... quod primam attinet, frustrà ad ... am corroborandam adducitur *d. l.*

C. u...

C. ubi in rem act. cum inibi clarissimis verbis contrarium dispositum visatur; ita enim Imp. Valent. & Theodos. disponunt: actor forum, sive in rem, sive in personam sit actio, sequitur, sed etiam in locis, in quibus res, propter quas contenditur, constitutæ sunt, jubemus in rem actionem adversas possidentem moveri. Ubi certè optio datur agenti, ut vel judicē domicilii rei vel rerū sitarū adeat. Sanè Donellus dictæ l. f. alium 144.
sensum affricare conatur, dicens actorem quidem forum rei, ubi domicilium est, sequi; sed ita dummodô res simul ibi cōstitutæ sint, quòd si res alibi, tum, in iis locis jubere Impp. actionem movere. Nec obesse dicit vers. sed & connectentem & includentem diversa; conjungi enim debere non cum verbo locis, quasi & alibi, quàm in loco rei sitæ experiri liceat, sed cum verbo jubemus, ut implicet non plura loca, sed jus-

jussa, & hoc sententiam loci exig
145. & vim verbi, jubemus, &c. At eru
tè his Vultejus *ad l. 1. C. ubi in rem*
à n. 5. occurrit, & merè divinator
est relata Donelli interpretatio,
non incommodè responderi pot
quod *Zangerus d. l. n. 286. Castr*
Sichardo & aliis in secunda opinione
prà citatis respondit? Impp. nim.
neraliter scriptum reliquisse, ac
rem sequi forum rei, sive in per
nam sive in rem actio, nec adjic
id, quod Donellus subaudiend
esse sibi somniat. Quod igitur In
generaliter rescripserunt, gene
liter accipere nos oportet, qua n.
cialitate Jctus in l. si hæres absens
de Judic. & Pontifex in c. 1. §. co
trahentes de for. compet. in 6.
jecerunt, in loco contractus debi
rem rectè conveniri, si ibidem
periatur, eàdem potuissent h
Impp. facere & adjicere, in actio
reali actorem sequi forum rei, si
sim

simul ibi reperiatur. Deinde licèt 146 verba, sed &c, cõjungenda cum vocabulo jubemus, tamen nihil inde Donello accederet, ipse siquidem concedit duo esse jussa, nempe in prioribus verbis unum, alterum in posterioribus poni: atqui modò dictum, prius jussum non esse, eo solo casu intelligendum, quo res in loco domicilii simul reperiantur, cum Impp. in genere absq; hoc additamẽto disponãt, imò quia hic casus, quomodò rei simul in domicilio rei situatæ, planè nullum unquã dubium juris est, Impp. non de eo, utpote indubio sed altero, quo res alibi sita, cogitasse constitutioneque sua comprehendisse. Taceo vim verborum, sed &c, hunc Donellianũ intellectum satis redarguere, sicut ipsius Enucleator Hilligerus hanc interpretationem non juridicam esse fatetur: interim tamen, ut hanc 147 opinionem à d. l. f. salvet, divertit 148. nonni-

nonnihil à ſuo Donello, ſcribens
priori verſ. definiri, quod regul
vulgata, actor ſequitur forum rei,
tineat quoq; in realibus actionib
In poſteriori verò verſ. explica
quodnam ſit forum ejus, undè pe
tur in realibus. Hoc modo verba
ſed &, quæ non adverſativé, ſed e
plicativé poſita *uti in l. ſed & ſi*
prætorem 26. in pr. ex quibus cauſ. maj
l. ſed et ſi reſtituatur 28. in de judiciis p
ni vult, optimè connectere opin
149. tur. Atqui nec hunc ſenſum verba
d. l. f. ut veritati conſonum &
150. num agnoſcunt. Siquidem locuti
ſed & nuſpiam in jure quod ſcia
ſtat explicativé, uti Hilligerus
Zangerus ſibi imaginantur, verù
ſemper implicativè, uti dd. ll. ſa
evidenter oſtendunt. Ideoq; cit
ruborem ejuſmodi ſignificatus
adaptari nequit.

151. Tutiùs igitur commoniſſima
Dd. ſententiam, quàm hanc me
div

divinatoriæ interpretationi ſubfultam opinationem amplecti, maximè *cum l. quod legatur 38. de judic.* quam Donellus *d. l.* ad confirmationem ſuæ opinionis adducit, non parum ſuæ opinioni contrarietur, & communiori ſuffragetur. *Cothm. d. reſp. 27. n. 38.* ubi tamen *l. à divo pio 15. de re jud.* minus ad rem hanc facientem citat. *Sic l. 10. cum ſeq. d. R. V.* adeò claræ ſunt, ut contortis Donelli & à fortuito raroq; contingentium caſuum deſumtis interpretationibus obſcurari nequeant. *arg. l. 3. cum ſeqq. de LL.* nec *d. c. 3. & f. de for. compet. & l. 16. C. de præd. minor.* contrariam probant opinionem, ut inſpectio docet. Altera opinio li- 125.
cèt à Cothmann. communiter recepta dicatur, tamen communiſſimè Dd. in aliam abière ſententiam, ſcilicet, quod in arbitrio actoris ſit, an judicem domicilii rei, an verò rei ſitæ adire velit, quam communis

nis observantia comprobat, testante ipso Zangero *d. l. n. 285.* Vultejo *d. l. n. 20.* & sufficientissimè ab utroq; satisfactum, quod à Cothmanno pro sua sententia stabilienda adductum. Quibus ita præmissis & positis, dicendum actiones reales non modò quoad proprietatem, sed etiam possessionem coram Austregarum judicibus intentari posse, ita t. t. D. S. J. I C. coram Austregarum Judice. D. VV. F. rei vindicationem prætensorum quorundam bonorum feudalium apertorum in-
154. stituit. Interim non negandum esse in electione agentis vel Austregarum viam ingredi, vel judicem rerum sitarum cæteris paribus adire, quo sensu Schvvanmannum exaudiendum esse existimo, si tamen res sub diversis territoriis si-
155. tæ, tunc Austregis ob continentiam rerum locum non esse rectè tradit Dunaif. in jur. Can. lit. 97. §. 1.

Schvvan-

Schvvanm. l. 1. c. 6. n. 7. de proces. Cam. & obs. Camer. pract. 13.

In quibus porrò causis Austregæ locum non habeant, quæst. c. ult. pluribus dicetur, quæ hoc loco fallentiarum repeti possunt.





Caput VI.

DE FORMA IVDI[C]
AUSTREGARUM.

Quomodò nimirum [ju-]
dices Auſtregarum elige[ndi]
& conſtituendi, item quomo[do]
in Judicio hoc Auſtregarum pro-
cedendum.

Summaria.

1. *Diviſio hujus capitis.*
2. *Quinam judices Auſtregales eligi poſſint, ſi [...] ordinis perſonæ contra ejuſdem rrdinis per[...] agant.*
3. Regierende Fürſten *qui ſint.*
4. *Qua ætate quis judex eſſe poteſt.*
5. *Interpretatio non contrarietur juri commun[i]*
6. *Goveani opinio rejicitur.*
7. *Argumentum à contrario ſenſu non eludi[...] tum clarum.*
8. *Opinio Donelli minorem 25. annis judicem [...] non poſſe ſentientis rejicitur.*
9. *Qui judices eligendi quando ſecundi ordinis [...] liæ inferiores perſonæ Principem conveni[re vo-] lunt coram Auſtregis.*
10. *Publicæ perſonæ quænam ſint.*
11. *Quando ſecundi ordinis inferiores perſonæ [...] cipes convenire volunt, ex conventione d[...] principes vel principares eligi & conſtiti ju[...]*

12. Te

12. *Tertius modus constituendi judices Austregales, de quo Ord. Cam. t. 4. p. 2.*
13. *Si secundi ordinis vel inferiores personæ principes ab Imperatore judices Austregales impetrare volunt, quales nominandi.*
14. *Quartus modus Ordin. Camer. circa Judices Austregarum qui.*
15. *An Baro ab Imperatore impetrari possit.*
16. *Barones comitibus æquiparentur declaratur. n. 22*
17. *Inter Barones & Comites nulla differentia quàm nominis & quod Comes Baronem præcedat.*
18. *Barones judices Cameræ Imperialis & judicii Rotvvilensis constitui possunt, explicatur. n. 24.*
19. *Comites plerunq; potentiores solent esse quàm Barones. adde. n. 23.*
20. *Explicatur §.* zum vierdten *lit. 4. p. 2. Ordin. Camer. adde n. 21.*
25. *Juramentum officii* Rath und Dienstpflicht.
26. *Juramentum vasalligii* Lehnspflicht.
25. *Privatæ personæ, si principes conveniuntur, Judices Austregales quæ esse possunt. adde n. 36.*
28. *Officialium quorundam naturâ.*
29. *Consiliarii quinam judices Austregarum eligẽdi.*
30. *Si tot consiliarii non adsint, tunc aliæ adsumendæ personæ & undè.*
31. *Secundum dictamen juris judicare nequit, qui juris ignarus, sed ita judicat, ut cæcus fert judicium de colore.*
32. *Quales hodiè solent esse officiales* Amptleut / Pfleger / Voigt *& Notales.*
33. *Officialium quorundam jurisprudentia & administratio justitiæ quæ.*
34. *Principes principaliter propter justitiam constituti.*

35. *Officialium frui principalis sive justitiæ administrator secundarius Oeconomiæ cura.*
36. *Si secundi ordinis personæ, conveniantur, in electione judicis Austregalis, actorū dignitas aspicienda.*
38. *Si secundi ordinis personæ conveniuntur à primi ordinis personis, quinam sunt judices Austregarū.*
39. *Si secundi ordinis personæ se invicem conveniunt. adde. n. 40.*
41. *Princeps eligendus judex Austregalis, non habitet ultra duodecimum lapidem vel milliare limit. n. 66.*
42. *Reus de jure Canonico, an ultra duas diætas extra diæcesin suam evocari possit.*
43. *Principes quidam diversas residentias habent.*
44. *Nobiles plerunq; habent domicilium aliud æstivum, aliud hybernum.*
45. *Aliquis quatuor domicilia habere potest, secundi quatuor anni tempora.*
46. *A quo loco numeratio milliarum sumenda.*
47. *Milliarium computatio qualiter ineunda.*
48. *Diæta viginti milliaria Italica continet.*
49. *An ratio sit habenda viæ cōpendiariæ adde. n. 50.*
51. *Via regia incedendum.*
52. *Qualiter milliaria metienda.*
53. *Milliare legale quale.*
54. *Diæta legalis.*
55. *Milliare vulgare.*
56. *Milliare saxonicum adde. n. 64. & 65.*
57. *In Austregarum materia qualia milliaria intelliguntur. adde. n. 62.*
58. *Interpretatio quomodo facienda. adde. n. 59.*
60. *In dubiis quæ milliaria intelligenda.*

61. *Olim*

61. *Olim ad singula milliaria singuli lapides positi.*
63. *Quæ de milliaribus Italicis tradita, ad Germanica non extendenda.*
67. *Judices Austregarum quomodò eligendi.*
68. *Quomodo Judices Austregarum eligendi, si primi ordinis personæ se invicem conveniunt.*
69. *Si electus judex ante finitum judicium moritur, actor ex tribus unum nominatis eligere potest. decl. n. 76.*
70. *Expl. cap. pen. de offic. deleg.*
71. *Judices Austregarum non sunt delegati adde. n. 91. & n. 120. & seq.*
72. *Ubi est expressa casus decisio, ibi non opus est alia probatione.*
73. *Præjudicia nuda absq; circumstantiis, parvi sunt ponderis.*
74. *Minima circumstantia jus alterat.*
75. *Cameralium juramentum hoc postulat, ne procedant contra Recessus Imperii & Ord. Camer.*
77. *Actori secundi ordinis, contra Electorem principem vel principarem, quem velit ex 8. modis tit. 4. p. 2. Ord. Cam. electio datur limit. & decl. n. 78. ampl. n. 79.*
80. *Actori secundi ordinis, quid faciendum, si primo modo uti vult.*
81. *Principes suos ad controversias decidendas deputatos juramento solvere solent, quales judices esse debent.*
82. *Novem Consiliarii in judicia Austregarum minus legitimè subeant, juramento liberentur.*
83. *Elector aut Princeps conventus actori qui est persona secundi ordinis, jusq; Comitatus, salvum conductum in scriptis præstare tenetur.*

84. *Persona secundi ordinis causam, quam habet cum Electore vel Principe disceptatura coram Austregis; si novem consiliarii displiceant, ex iis septem vel quinq; eligere potest.*

85. *Elector vel Princeps conventus à secundi ordinis personis, coram Austregis electo. 1. vel 2. modo, sumptus sive Consiliario exhibere debet.*

86. *Tertius modus, quo in judicio Austregarum secundi ordinis personæ contra Electorem vel Prinpem uti possunt qui.*

87. *Quartus modus de commissario ab Imperatore impetrando.*

88. *Cautela circa modum quartum impetrandi unum vel plures Commissarios.*

89. *Si unus ex duobus vel pluribus Commissariis datis moritur cæterorum Jurisdictio finitur.*

90. *Pluribus delegatis quilibet eorum jurisdictionem in solidum habet, sed ita exercere non possit.*

92. *An vacante Imperio judex à vicariis impetrari queat. affir. n. 94.*

93. *Judices Austregarum dicuntur Commissarii Cæsarei. adde. n 99. & 134.*

95. *Omnis jurisdictio Imperatoris vacante imperio penes Palatinum & Saxonem residet.*

86. *Vicarii Imperii, quicquid ad juris administrationem pertinet, expedire possunt.*

97. *Reservato cujus aliorum abdicationem importat.*

98. *Leges & constitutiones ferantur, de iis, quæ ut plurimum contingant.*

100. *Vicarii quicquid agunt, intuitu Imperii & futuri Imperatoris peragunt.*

101. *An in quarto modo de impetrando Commissario, requisitio sic necessaria, Autor hoc negat 102.*

103 *Quæ*

103. *Quare requisitio in aliis modis injuncta actori.*
104. *Ex urbanitate & in quarto modo fieri potest requisitio vel potius certioratio.*
105. *An modus quartus petendi Commissarium sit communis, ita ut competat etiam Electoribus Principibus actoribus. Negat. n. 108.*
106. *Principes libenter admittunt id intra se, quod in aliis ipsis inferioribus permittunt. decl. n. 109.*
107. *Majoribus non denegandum, quod minoribus concessum.*
110. *Fœmina primi ordinis, nupta personæ secundi ordinis an & quatenus Commissarium petere possit, secundum quartum modum.*
111. *Quiutus modus quinam?*
112. *Sextus modus quinam?*
113. *Proponitur septimus & octavus modus.*
114. *Quomodo juridices eligendi, quando primi ordinis persona secundi ordinis personam convenire vult.*
115. *Uno vel pluribus electis & datis judicibus Austregarum mortuis, alii in eorum locum substituendi.*
116. *Qui in Austregis Judices electi & dati, causam suscipere debent, & si remium cogi possunt à quibus ord. n. 117.*
118. *Formulæ ad hanc rem pertinentes.*
119. *Qui modi in praxi frequentantur.*
120. *An Judices Austregarum sint delegati vel ordinarii, Autor affirm. posterius. n. 172.*
121. *Doctores communiter Judices Austregarum deputatos esse volunt.*
122. *Autor consult. Saxonicarum quosdam judicum Austregarum ordinarios esse, quosdam delegatos adde. n. 171.*
123. *Judicibus Austregarum jurisdictio non immediatè*

diatè ex ordinatione Imperii cõpetit sed requiritur insuper requisitio & electio partium. expl. n. 173. & seq 179. & 180.

124. *Singularitas causarum est nota jurisdictionis delegatæ. refutatur. n. 185.*

125. *Judices Austregarum cognitionem habent saltē causarum particularium.*

126. *Jurisdictio Austregalis post semestre aut intra anni spacium expirat. decl. n. 191.*

127. *A subdelegatis non ad ipsos judices Austregarū comittentes sed ad Camerā appellatur. decl. n. 195.*

128. *Judices Austregarum sententiam suam exequi nequeunt. explic. n 196. & seq. n. 202. 203. 204.*

129. *Jurisdictio judicū Austregarū debilior & strictior Jurisdictione delegati Principis.*

130. *Jurisdictio judicum Austregarum prorogari non potest. Vid. n. 205. in f.*

131. *Judices Austregarum possunt recusari.*

132. *Ordinarii judices recusari nequeunt. refutatur. n. 202. opponit. expl. n. 216.*

135. *Commissarii delegatam habet jurisdictionem. expl. n. 217. & 218.*

136. *Omnis Jurisdictio à lege alicui delata, ordinaria est. ampl. n. n. 138 & n. 139.*

137. *Camera ordinariam habent Jurisdictionē quia eam à lege hoc est constitutionibus Imperii habet.*

140. *Judices Austregarum jurisdictionem suam habent à lege.*

141. *Principes plerunq; causas Austregales delegant suis Consiliariis.*

142. *Nemo Jurisdictionem quam alieno nomine habet, alteri delegare potest.*

143. *Quod à Consiliariis principum quibus causa demandata, appellatur non ad committentes, nota est*

est committentes habere ordinariā jurisdictionē.
144. Opinio M. Stephani rejicitur. n. 145.
146. Nullus Magistratus adest, qui deferat Jurisdictionē judicibus Austregarū probatur porrò. n. 147
148 Jurisdictio Austregarum judicum est naturalis; ergò ordinaria.
149. Austregarum judicum commissio est perpetua.
150 Morte Imperatoris Jurisdictio judicum Austregarum non finitur; causam quare hoc fiat Mindanus affert. n. 151. quæ refutatur. n. 152. 153. & seq.
155. Status Imperii in status nullā habēt jurisdictionē.
156. Mindani differentia inter Judices austregarum & alios cōmissarios, quatenq procedat explicatur.
157. Autores qui judicibus Austregarum ordinariam attribuunt jurisdictionem.
158. De jurisdictione quæ in desuetudinem alii multi extant, tractatus est eam, quæ in usu vix unus atq; alter in specie attingit.
159. Quæ veteres de jurisdictione scripserunt, hodiè mutata facie Imperii in omnibus applicare non possumus.
160. Materia Jurisdictionis, hodiè æquè ut olim intricata, obscura & difficilis.
161. Usus & conventio in iis quæ ad Jurisdictionem pertinent spectanda.
162. An jurisdictio moderna ex corpore juris vel Recessibus Imperii determinanda, adde n. 163. & seq. ut & n. 166.
165. Unde tot species Jurisdictionis promanarunt.
168. Auditores causarum palatii Apostolici habent jurisdictionem ordinariam in cognoscendo & delegatam in pronunciando.
169. Qui vicem alicujus Judicis vel præsidis tenet, intermedius est inter ordinarios & delegatos.

170. Vica-

170. *Vicarius Episcopi est judex ordinarius & delegatus simul.*

174. *Pares Curiæ ordinariam habent Jurisdictionem, licet electio & requisitio præcedat adde n. 175. & 176.*

178. *Suplicatio & aditio Magistratus, ipsi jurisdictionem non affert, sed eam quam habet ante, & excitat.*

181. *Sæpè aliquid requiritur, quod tamen causa rei ad quam requitur, non est adde n. 184.*

182. *Legatus Proconsulis quatenus habeat jurisdictionem.*

183. *Magistratus quidam habent jus dandi tutores quomodo hoc fiat & quæ causa sit explicatur.*

186. *Camera non in omnibus causis habet cognoscere.*

187. *Pares Curiæ ad unam saltem causam eliguntur.*

188. *Jurisdictio ordinaria quæ judicibus feudalibus competit ea est universalis.*

189. *Jurisdictio non nudè ex rebus de quibus competit metienda.*

100 *Revisores quatenus cognitionem habent universalem, eatenus & Judices Austregarum.*

192. *Qui habet in quodam loco Jurisdictionem cumulativè, eam exercere non potest nisi adeatur.*

193 *Olim certæ decuriæ ex quibus Judices partibus litigantibus dabantur.*

196. *Ab executione sententiæ ad Jurisdictionem malè colligitur. adde. n. 201. n. f.*

197. *Revisores non exequuntur suam sententiam.*

198. *Judex, cujus jurisdictio prorogata sententiam, suam prorogare nequit.*

199. *Judex domicilii in actione reali sententiam suam executione tendere haut potest.*

200. *In causis feudalibus executio fit diversimode.*

201. De-

201. Delegatus Princeps exequitur suã sententiam.
205. Princeps sibi executionem non reservare potest.
208. Tota collegia recusari possunt, contraria opinio in Camera Imp. recept. n. 209 ubi assignatur ratio.
210. A quo appellari nequit, ille nec ut suspectus recusari potest.
211. A quo appellari nequit, ab ejusdem consiliariis appellatio non est permissa. decl. n. 212.
213. Pares Curiæ ut suspecti recusari possunt, cujus rationem assignat Schrad. quæ rejicitur. n. 214.
215. Revisores si suspecti recusantur, qui tamen habent ordinariam jurisdictionem.
218. Verbum Commissarii committere.
220. Argumentum à nomine sumtum non raro fallit.
221. Judices Austregarum qui sunt.
222. Sæpè refert num judices Austregarum sunt ordinarii an verò delegati.
223. Modus procedendi in judiciis Austregarum.
224. An nullitas committatur, si non secundum jus commune sed statutarium, quod in territorio judicis viget, processus dirigatur adde. n. 225.
226. Nuncio licet juratus sit Cameræ non creditur.
227. Nuncio etiam jurato non creditur, si persona, cui processus insinuati fide digna, aut quando magnum præjudicium concernit. n. 228. ampl. n. 229.
230. Peculiaria quæ habet modus ultimus tit. 4. lit. 1. Ord. Cam.
231. Examinatores testium quale juramentum præstant seniori Consiliariorum deputatorum.
232. Novem Consiliarii acta ad collegium Juridicum non suspectum mittere possunt.
233. In causa spolii processus specialis.

234. Præ-

234. *Processus in modo 3. & 4. quinam observatur.*
235. *Executio sententiæ Austregalis.*
236. *Causa Austregarum inter annũ ter ruminanda, quod si non observata an sententia nulla? negatur. n. 237.*
238. *In appellatione à sententia Austregarum nihil novi admittitur.*
239. *Causa appellationis in causa spolii trimestri spacio proponenda.*
240. *Quæcunq; alii judices Austregarum possunt, ea & judices Austregarum possunt.*
241. *Judices Austragarum examinationem alii committere possunt, testes etiam suæ jurisdictioni non subditos citare. n. 242. & contumaces cogere possunt. n. 243.*
244. *An mutato judice Austregarum more processus instituendus.*
245. *Præjudicium affertur, quod non.*
246. *Num judex Austregarum acta ad postulationem partis ad consilium sapientum mittere tenetur? Resp. quod non n. 250. addita ratione n. 251. & præjudiciis. n. 255.*
247. *De consuetudine judiciorum acta hodiè ad consilium Jurisconsultorum mutantur. & quidem generale in Romano Imperio n. 248. declar. n. 256.*
249. *Stylus Judiciorum pro sese est observandus.*
252. *Petitio consilii sapientum in gratiam judicum indoctorum inducta.*
253. *Judices Austregarum sunt jurisperiti, nec homines indocti.*
254. *Cas. specialis, quo consensu partium transmissio actorum fieri potest.*
256. *Imperiti homines Judicis munus sustinere non possunt aut debent.*

Succe-

SUccedit nunc causâ formalis Austregarum, quæ potissimum *duo membra* continet, *unum* electionem & constitutionem Judicum; *alterum* mo- 13
dum procedendi, de quibus singulis nunc singulariter agendum. *In judicum electione* & constitutione *iterum duo* attendenda, *unum*, quinam eligi vel constitui potuerint, *alterum* quomodò eligendi & constituendi; quod prius attinet, ordines apprimè distinguendi veniunt: Siquidem quando primi ordinis personæ contra ejusdem ordinis personas a- 24
gere intendunt, tunc soli principes imperii vel Principares ecclesiastici vel seculares, modò non sint ejusdem domus, quod strictè & tàm de illis quàm his intelligendum, *arg.* §. **vnd nach deme** *deput.* **Abschied** *de Anno 1600.* & quidem **so regierende Fürsten vnd Herrn seynd/** hoc est, qui rerũ gubernacula tenẽt, eli-

eligendi, *tit. 2. p. 2. Ord. Cam.* ſufficit verò ſi tantùm Comitatum vel partem ejusdem poſſident, ut in imperio exempla obvia ſunt. Hîc ſilentio
3. non involvendum verba **regierende Fürſten**/ de ſuæ tutelæ PP. intelligere & interpretari. *Forſter. in proceſſ. judic. tit. 3. Obſ. 2. Bruckm. conſ. 37. n. 14. vol. 1. Roding. pand. Cam. lib. 1. tit. 4. c. 2. §. rei partes.* Verùm ego non de iis, ſed qui quidem ratione ætatis idonei ad hoc munus, aliâ verò de cauſâ putâ quia primogeniti ſoli gubernant, & reliqui fratres certis annuis reditibus cōtenti, & ſic gubernationi nō præſunt, exaudiendum exiſtimo, uti Principes dominantes ſive regentes nobis Germanis **regierende Herrn** vocari, poſt alios teſtatur *Goldaſt. de majorat. lib. 1. c. 21. n. 7.* Hocq; ſuadet ratio, nam illi qui rerum ſummæ præſunt, ſtipati ſunt conſiliariis, quorum ope & operâ controverſias deci-

decidere valent, quod reliqui, qui tantùm de ſuis adſignatis annuis reditibus vivunt, non æquè ac commodè poſſunt. Sic Denaiſ. *in jur. Cam. tit. 156. n. 2. verb.* **regierende** *per verb. rerum potientes.* & Vult. *ad l. 1. n. 33. Cod. ubi ſenatores, &c. Principes cum Imperio* interpretatur.

Imò ſi verba **regierende Fürſten vnd Herrn** de ſuæ tutelæ Principibus intelligenda, dicendum erit: Principes poſt ætatem annorum decem & quatuor judices eligi conſtituivé poſſe, hac etenim ætate finitur tutela, & quilibet ſuæ tutelę ſeu poteſtatis efficitur *pr. I. quib. mod. tutel. fin. l. indecoram ſ. Cod. quand. tut. vel curat. eſſe deſin.* quod tamen Ulpian. *in l. quidam. 57. de re judic.* negat, conſtituitq; ut ad minimum quis annum decimum octavum egreſſus, ſi judicis officio defungi velit, quocirca cum hic intellectus iuri communi repugnat, meritò re- 4.

V jicien-

jiciendus, siquidem omnis interpretatio ita ineunda & facienda, ne cõtrarietur juri communi, sed ipsi consentanea sit. *l. si stipulatus 4. de usur. Menoch. Arbit. Iudic. quæst. cas. 199 n. 9.* Nec veritati juris congruit, puberem, hoc est, qui decimum quartum annum complevit, non impediri, quò minus
6. judex esse possit, uti voluit *Govean. l. 2. de jud. ad l. cui jurisdictio 2. n. 8. de ju-*
7. *risdict. omn. jurisd.* Nam d. l. quidam 57. ita claris disponit verbis, ut argumento à contrario sensu. *ex l. cum Prætor. 12. § non autem omnes 2. de judic. à Goveano. d. l.* extructo elidi obscurarivè nequeat: Siquidem argumẽtum à contrario sensu fallit, quando resultat intellectus juri cõmuni vel alterius legis sententiæ verbisvè cõtrarius. *l. 2. Cod. de condit. insert. c. decet. de immun. Eccl. in 6. l. conventiculum. Cod. de episc. & Cler. Everb. in top. loc. à sensu contrario 82. n. 8. & 12. Gædd. cons. Marp. 25. n. 122. vol. 1.*

Ja-

Jam non urgebo Donellum *17. com. 24.* & alios velle, minorem 25. annis judicem esse non posse, quod *in d. l. quidam 67.* adversatur, non attento quicquid *ad d. l. quidam d. l.* respondeat, Donellus sicuti & ipsius Enucleator in eo ab eo inibi divertit. Remanet igitur horum & genuinum intellectum d. verborum esse, quòd non sufficiat, si Principes legitimæ ætatis nisi & ad rerum gubernacula sedeant, uti Bruckman: *pse d. l.* loquitur, licèt postea aliter nterpretetur. Quando verò reliqui ordinis ut & aliæ inferiores personæ 8. 9.
contra Principes actionē intentare cupiunt, tunc vel *publicæ* vel *privatæ* personæ eligi constituiq; possunt *tit. 4. d. p. 2. Ord. Cam.*

Publicas hîc personas eas intelligo quæ sunt status imperii, & licèt Cōsi- 10.
liarii & officiales Principes suo respectu & pro publicis personis habentur, attamen hoc non ex se & sua,

ſed Dominorum perſona æſtimatur, hîc diſtinctionis melioris gratiâ ſub publicis tantùm ſtatus, qui ex ſe & ſua perſona publicæ perſonæ ſunt, intelligere volui.

11. Quando ergò hoc caſu *publicæ* perſonæ ex conſenſu litigantium conſtituendæ, tunc Principes vel
12. Principares eſſe debent, qui modus eſt tertius *d. tit. 4. p. 2. Ord. Cam.* §.
13. **Zum dritten.** Ex impetratione verò Imp. vel eo abſente, Regis Rom. ad minimum unus ex præcipuo ordine Prælatorum vel Comitum, &
14. ſic modus eſt quartus d. c. 4.

15. **Zum vierdten.** Quæritur hîc an & Baro ab Imp. vel Rege Rom. impetrari poſſit? Videbatur ex eo adfir-
16. mandum, quòd Barones Comitibus æquiparantur, & moribus Germanorum Baronia æquè ac comitatus ſub univerſali dominii nomine confertur, & tanquam feudum titulatum regales dignitates comprehen-

hendit, *Schenck in c. 1. quis dicit. Dux. vers. parum. Rosenth. de Feud. c. 2. conclus. 1. n. 4. & 9. concl. 55. n. 2. Schrad. de F. p. 10. sect. 1. n. 23. Zas. p. 5. n. 29. & quos ad longum citat Cluten. in syllog. rer. quotid. conclus. 26. lit. I.* nullumq; 17.
inter eos discrimen, Vult. *de F. lib. 1. c. 4. sub n. 14. vers. tentari posset*, quàm nominis *Rosenthal. d. concl. 1. l. e.* Et quod Baronem Comes antecedit, *Rosenth. d. l. Heig p. 1. quæst. 2. n. 53.* maximè cum & Judices Cameræ 18.
Imp. & Judicii Rotvvilensis constitui potuerint. *pr. 2. 1. Ord. Cam. tit. 1. in pr. Reform. ord. Rotvvil. p. 1. tit. 1. in princ.* quod gravius & majus videtur esse, quàm Judicum Austregarum.

Contra tamen negat *Cluten. d.* 19.
conclus. 26. lit. I. quia plerunq; Comites solent esse potentiores, quã Barones, & habere plures, quorum consilio & operâ in hujusmodi ordinis causis uti potuerint. Movent præterea verba, *d tit. 4. §.* zum vierd= 20.

 ten

ten/uti dicitur: Der zum wenigsten eines hohen Prælaten Stands oder ein Graff seyn/etc. per quæ expressè videtur excludi reliquæ personę inferiores. Et si Baro admittendus, eâdem facilitate Imp. in d. §. zum vierdten adjecisset vocab. Freyherr/quod adjecit in pr. d. tit. 1. p. 1. Ord. Cam. quod cum factum non fuerit, præsumendum quòd verba d. §. zum vier-
21. dten exclusivè intelligenda. Quæ opinio si cui arridet, non oberunt, quæ in contrarium adducta, nam li-
22. cèt Barones Comitibus æqui parentur, tamen hoc tantùm in certis terminis procedit, uti *Rosenth. d d. L L.* ipse ad concessionem & divisionem Baronatus refert, ubi eadem ratio militat. Ast hîc non eadem ratio obtinet, siquidem ut dictum, Comi-
23. tes, uti experientia testatur pluribus stipati sunt Consiliariis & officialibus, quibus hoc officium, ut plerunq; hodiernis moribus fit, subdele-

delegare & expedire possunt, quod à Baronibns plerisq; dici non potest. Sic, licèt Barones Judices Ca- 24.
meræ Imp. esse, possint tamen quia plures Adsessores in Camera sunt, quorum opera in dijudicatione causarũ utuntur, id ad alios & hosce nostros casus, ubi defectus consiliariorum visitur, non extendendum. Lentius in disp. 1. de Austregis se remittit ad observantiam & stylum aulæ Imp. quod non improbo.

25. *Privatæ* personæ obligatæ Reo sunt vel non; obligatæ sunt & devinctæ juramento sive *officii*, quod quis ratione officii quod à Domino habet, præstare tenetur. *Vult. de F. lib. n. c. 6. n. 6. Rosenth. de F. c. 6. conclus. 85. n. 11. Knich. de jur. terr. c. 3. n. 241. Nordem. de jur. Princip. conclus. 92. l. 8.* ab aliis domesticitatis, familiaritatis juramentum appella-

tur. Th. Mich. de jurisd. concluſ. 57. Engelbr. de jurisdict. concluſ. 138. Rath vnd dienſtpflicht ſive *vaſallagii*
26. ſive homagii Lehnspflicht obligatæ
27. & devinctæ ſunt. Et in hiſce primus locus eſt Cōſiliariis, ut in modo *1. 2. 7. 8.* & aliquatenus. 5. & *6. d. tit. 4.* ſecundus officialibus, & tertius vaſallis. §. Wo aber d. tit. 4. illo verò Officiali qui in cauſa contra actorem egit excluſo d. tit. 4. in pr. ne oleum Camino addat; pleruną; n. officiales maximæ cauſæ ſunt litium & jurgiorum, quæ inter Principes aguntur, dum quilibet ſui domini fines per fas & nefas dilatare cupit, & quandoq; dominis falſis relationibus imponunt, tantùm eò fine, ut gratiam aucupentur, & exiſtimationem fidelis adminiſtrationis præ cæteris venentur, etſi ſint ex imis tonſorum, piſtorum, textorum, ſartorum ſubſelliis ad cancellos hoſce maximos, neſcio quâ arte, traducti.

Kolle-

Kellerus de offic. juridico polit. lib. 1. *c.* 1. *& lib.* 2. *c.* 1. *fol.* 232. *&* 233. Consiliarii autem illi desumendi ex nobilibus & doctis, quo simul excluduntur Illi, qui quandoque Consiliarii nomen gerunt, & tamen ignorant, quid sit Consiliarius, & forsan tantùm norunt, quomodò ærarium cum subditorum lacrymis locupletandum, etsi apud quosdam gratiosiores & acceptiores sunt, quàm illi, qui nocte dieq; pro salute tàm publica, quàm privata, quæ principaliter in harmonica justitiæ administratione consistit, laborāt & solliciti sunt. *vide eleganter Keller. d. locis & lib.* 2. *c.* 2. *fol.* 244. 29.

30. Quamvis verò si tot Consiliarii non adsint, quot ad judicium hoc requiruntur, aliæ personæ ex officialibus & vasallis nobilibus adsumendæ & numerus explendus: tamen id semper sub illa qualitate intetelligendum, scilicet, ut jurisperiti nec ignari esse debeāt,

31. nam quomodo illi de jure judicabunt, quod ipsi ignorant, nisi arg. §. **damit aber die Unterthanen nit rechtloß**/Recess. Imp. Spir. de Anno 1570. fol. 613. & §. **dieweil aber**/Recess. deput. de Anno 1600. f. 756. & §. **dieweil auch**/p. 3. Ord. Cam. tit. 16. V. Gilken ad l. certi juris n. 4. & seqq. Cod. de judic. f. 580. cœci judicium de colore exquirere velimus.

32. Verùm proh dolor hodierno tempore in multis locis eò deventum, ut paucissimi præter Consiliarios inveniantur officiales. **Amptleut/ Pfleger/Voigt**/ uti & Nobiles, qui vel prima rudimenta artium liberalium, nedum elementa juris gusta-
33. rint, tantùm hoc justum & æquum æstimantes, quod ipsis cerebellum & proprii affectus suggerunt, *Adam Keller. d. l. cap. 4. fol. 38. & seqq. lib.* 1. & quò favor personæ litigantis, eò victoria causę licèt iniquissimę diri-
34. gitur: Cum tamē ut Principes principaliter propter justitiam admini-

ſtrandam & conſervandam conſtituti, ita & officiales eorum primariò 35.
ob eandem conſtitui debeant, & non propter ærarium vel intereſſe Princip. quod ſaltẽ in conſequentiã venire & attẽdi debet, iniqué & mortaliter peccãt, qui judices vel officiales ignavos & imperitos eligũt *Munnoz. de Eſcob. de ratioc. c. 27. n. 7. Kell. d. l. 2. c. 1. f. 232.* Perſonę quæ reo nõ devin- 36.
ctę partim in modo 5. *& 6. d. f. 4.* requirũtur, qui debẽt eſſe integritate fidei, gravitate morũ & honeſtate vitæ cõſpicui, ita tamẽ ut nõ excludatur jurisperitia. Et hęc obtinẽt, quãdo primi ordinis perſonę cõveniẽdę: ſi ve- 37.
rò ſecũdi ordinis actione pulſandæ, & tunc hoc *fit vel à primi vel ſecũdi ordinis perſonis: illô modô* ſoli principes & 38.
principares judices eligi & impetrari potuerint duplici via *p. 2. ord. cam. t. 3. hoc verò* ex electione partiũ itidẽ 39.
uti in priore Principes ſunt; Ex dele- 40.
gatione v. Imp. Regisvè Rom. & ſui ordinis perſonæ judices eſſe potuerint d. p. 2. tit. 5.

Notan-

Notandum tamen eſt, in duobus modis *d. tit. 3.* & modo primo *d. tit. 5.* Principem eligendum vel impe-
41. trandum ultra lapidem duodecimum reo in primo modo *d. tit. 3.* ab actore itidem in ſecundo modo *d. tit. 3.* & primo. *d. tit 5.* remotum eſſe non debere. *d d. LL.* Hoc quod de duodecim milliaribus diſpoſitum aliquo modo convenire videtur ei,
42. quod *in c. olim. 7. de except.* traditur, nim. reum ultra duas dietas extra ſuam diœceſin evocari non poſſe, licèt hoc correctum *per c. ſtatutum 11. §. cum verò ejusdem. 1. de recuſat. in 6.* Cõtingit a. quandoq;, quod quidam
43. Principes diverſas habent reſidentias *Coler. d. P. Exc: pr. 2. c. 1. n. 38.* &
44. plerunq; nobiles aliud habent domicilium æſtivum, aliud hybernum, ac pluribus locis habitare variis anni temporibus ſolent. *Tiraq.*
45. *de nobil. c. 37. n.* 131. utq; Doctores tradunt, aliquem quatuor domicilia

ſecun-

ſecundum quatuor anni tempora habere poſſe *Tiraq. d. l. VVeſenb. conſ. 1. ſub n. 42. vol.* 1. à quo igitur loco numeratio milliarium deſumenda? Reſpondetur dinumerationem non 46.
à loco habitationis vel reſidentiæ, ſed fine diœceſis vel territorii faciendam *d. §. cum verò 1. c.* 11. *de reſcript. in 6.* ubi dicitur, nullum ultra unam diętam à fine ſuæ diœceſis conveniendum. *Et Coler. ad d. c. olim. 7. n. 16.* docet computationem inſtituendam habitô reſpectu non ad locũ habitationis, ſed ad fines provinciæ, item tenet *Menoch. A. I. Q. caſu 206. n. 5. Muntzer. de Eſcob. de ratioc. pr. 2. c. 12. n. fin. ubi omnes in C. nonnulli de* 47.
reſcript. ſcribere dicit. Quid verò an computatio ineunda ſecundùm viam communem & uſitatam, quæ ducit ad fines territorii, an verò ſecundum artem, hoc eſt, geometricam. Prius puto *arg. d. c. olim & c. ſtatutum. §. cum verò.* in quibus uſurpatur

tur vocab. diœtæ, quæ eſt ſpacium viginti milliarium Italicorum, quæ computantur itinerantibus in tempus diurnum. *l 3. de V. S. l. 1. ſi quis caut.*

49. An verò ratio habenda viæ compendiariæ, per alpes, flumina, paludes, &c an verò regiæ & uſitatæ? Prius ſtatuere Bald. refert Gædd. *ad l. 3. de V. S. n. 14. per l. non ſolum 10. §. anno. 1. de excuſ. tutor. l. qui fiſcales Cod. de Navicul.* addit tamen hanc Bl. opinionem hiſce temporibus non tàm confirmari, quàm infirmari. Poſterius vult Hiero. *de mont. de finio. reg. c. 26. n. f.* ubi dicit menſurationem fieri debere per itinera & loca conſueta, juxta doctrinam Paul. Caſtr. *in l. 1. in f. ſi quis caut.* Munotz de Eſcabor. *d. l. 2.* Menoch. *de caſ. 206. n. f.*

50. Et Coler. *ad d c. olim. n. 19.* ſcribit, in menſuratione milliariorum non haberi rationem viæ compendiariæ, ſed regiæ & uſitatæ, quantumvis

vis ea ſit tortuoſa & largior. *Allegans Angel. Peruſ. in d. l. 1. n. 4. ſi quis caut. & Felin. ad. d. c. olim n. 6. Gadd. ad d. l. 3. n. 14. & ſeq.* Facit quod aliâs ince- 51.
dendum viâ conſuetâ regiâ. *Coler. d. l. n. 20.* Qualiter milliaria Germa- 52.
nica ſint demetienda, vide Ropen. deciſ. 1. Miliare autem in jure noſtro, quod aliàs legale dicitur, con- 53.
ficitur mille paſſibus *gloſ. in l. mille* 54.
paſſus. 154. de V. S. & vinginti milliaria legalia faciunt unam diætam legalem *l. 3. in pr. eod. tit.* aliud & mil- 55.
liare vulgare, quod ſecundum vulgus & conſuetudinem loci aliter reputatur, unde in uno loco majora, quàm in alio habentur milliaria *gloß. & ib. not. in c. nonnulli. 28. in verb. ultra duas diætas de reſcript.* In terris Saxoniæ de conſuetudine 56.
milliari certam habent menſuram, eine Meile ſol von recht haben ſechtzig Gewande / vnnd eine jegliche ſechtzig

Ruten/

Ruten / vnd eine Rute achthalbe Elen. *Sent. Scabin. Lipsens. post.* Weichbild. *tit.* ob Edelleut mögen bräwen auff jhren Lehngütern vnnd schencken lassen/

57. Quæ ergò in hoc nostro casu intelligenda sunt milliaria, legalia, an

58. vulgaria? Illud videbatur suadere, quod in omnibus dispositionibus interpretatio secundum usum juris facienda, maximè si dispositio ab

59. illis profecta, qui peritiam juris habuerint *l. quod si nepotes, de testam. tutor l. quoties fam. ercisc. l. 1. Cod. de contrah. stip. Tib. Decian. respon. 2. n. 42. vol. 2. Ever. Præses. cons. 115. n. 10.* adde ne

60. propter incertitudinem & varietatem milliarium vulgarium diu multa reis inter se disceptent partes, tutius est inhęrere milliaribus lega-

61. libus: Undè apud veteres ad singula milliaria singuli lapides positi fuere: ut nullum ob mensurationem litigium esse potuerit. *Gædd. ad d. l. 3. de V. S. n. 7.* Mihi videtur a,tten-

den-

denda esse milliaria vulgaria, **gemeine teutsche Meilen**/ quæ nec justo majora nec minora, quorum unumquodq; quinq; millia passuum, præter propter in se continet. *vide Minf. resp. 54. num. 8. Gadd. d. l. num. 9. & 10 Schneidevv. ad §. rursus n. 41. I. de act. fol. 687.* non obstant contraria, nam illa, quæ de jure veteri de milliaribus Italicis constituta, ad Germanica non extendenda. 62. 63.

De jure Saxon. milliare unum ut suprà n. 56. dictum, continet sexaginta jugera, & unum quodq; jugerum sexaginta virgulas, virgula verò septem ulnas & dimidiam, uti volunt Lipsenses *decis. 198. vol. 2. quos refert & sequitur Coler. decis. 215.* Et licèt Göden hanc opinionem neq; de jure civili, neq; Saxon. cons. 12. fundatam esse dicat, tamen consuetudine ita servari attestatur. Schneidvv. *ad §. datus 1. f. I. de excus. tut.* Et qua sententia videbatur 64. 65.

dicendũ quando reus in Saxonia domicilium habet, mensurationem secundum hunc modum faciendam.

Verùm cum jus illud Saxon. tentũ inter subditos Saxonicos valeat, ul-
66. tra eos nõ extendendum. Hoc quod de duodecim milliariis dictum non obtinet, quando Nobiles vel alius inferior primi ordinis personas convenire velit, hac tamen moderatione additâ, de denominandi ultra 20. milliaria *dicta deput.* **Abschied** *de Anno 1600.* §. **und nach deme**/uti & altera qualitas, nim. quod denominandi non sint ejusdem domus, &c. remittitur. *V. Rodinus Pand. Cam. lib. 1. tit. 4. c. 3. §. sed quæsitum, ubi rationes adduntur.* Restat nunc videre, *quomodo* eli-
67. gendi; ubi itidem respiciendum ad
68. ordines: si primi ordinis persona, aliquem sui ordinis convenire velit, tunc actor reo querelã postulataq; sua in scriptis (quæ verò in requisitione non ponuntur, ea postmodùm

in

in processu deduci nequeunt, ita, cũ in causa Com. S. cont. D. S. punctus **des Leibsgeleits** in requisitione non positus esset, postea non est receptus) mittere, jusq; & judicium flagitare, reus intra quartam hebdomadã quatuor rerum gubernationem tenẽtes Principes vel Principares, Ecclesiasticos binos & tot seculares diversarum omnes familiarum nominare, actor unum ex his nominatis eligere, electum rursus reo intra tantundem temporis domum per literas denunciare debet. Postea ambæ partes electum quatuordecim dierum spacio suscipiendæ cognitionis, citandarumq; partium causa interpellare tenentur; Rogatus velut Commissarius Cæsaris, vigore hujus legis Commissionisve litem suscipere, diem partibus locumq; in suarum civitatum quapiam adsignare, causam cum suis Consiliariis non suspectis cognoscere, &

ex jure definire necessum habet. §. Darauff sol *d. tit. 2. p. 2. ord. Cam.*

69. Si verò electus judex ante finitum judicium vita defungitur, tunc actor absq; interventu & consensu rei *Refer. ad Gilm. tit. 4. part. 1. Symph. vol. 44. n. 20. f. 335.* alium ex tribus nominatis anteà, eligere, electus causam in statu, quo eam invenerit, suscipere & ad finem deducere tenetur. *d. §. 1. vers.* vnd ob der erkorne *Commissarius* abgieng / rc. *tit. 2. p. Ord. Cam. Mindan. de process. in Cam. extrah. c. 16. n. 3. lib. 1. Schvvan. in proc. Cma. c. 2. n. 6. lib. 1. & observ. pract. Camer. vel decis. 17. n. 7.* ubi tamen in præcedentibus contrarium in Camera observatum esse tradit in causa Bottendorff contrà Rosenberg / ubi Rosenberg juxta præscriptum ordinationis requisitus tres nominavit Principes, Archiepiscopum Moguntinum, Fridericum Palatinum, & Magistrum ordinis Teutonici, è quibus Bottendorf-

fer

fer elegerat Moguntinum, coram quo litigatum, eoq; mortuô causa ad Cameram devoluta. Idem in causa Meintz contra Waldeck factũ inibi testatur. Et hanc opinionem sequitur compilator decis. Camer. sub nomine Casp. Guil. Scip. editarum *l.1.decis.46.ubi itidem præjudicium* Boitzendorff *contra* Rosenberg adducit, hanc sententiam *per c.pen. de offic.deleg.* comprobari adstruit, quo & facere debent, quæ Marant. *in specul.4. part.in 5, dist. num.* 35. tradit, pluribus delegatis datis, & uno illorum mortuo expirare officium omnium, adeò ut ex illa delegatione ulterius cognoscere non possint, *quod cum d. c.pen. concidit.* Eandem in sententiam à Schvvanmanno citatur Autor in observ. 35. ante decisiones Mariliani 31. Verùm enim cum hujusmodi opinatio contra expressam modò allegatam dispositionem ordinationis sit, tutius est, illi quàm

 alte-

70. alteri, inhærere. Nec obest. d.c.pen. cum illud loquatur de pluribus in genere delegatis, in nostro verò casu tantùm unus ex nominatis est electus:
71. deinde negatur Judices nostros esse delegatos, ut infrà pluribus est ostēsum. Tertiò, ut dictum, repugnat expressa litera ordinationis, jam ve-
72. rò ex jure notum est, quòd ubi expressa est casus decisio; ibi non recurrendum ad probationes alias.
73. Præjudicia, quæ allegantur, nudè ita sine circumstantiis proponuntur.
74. Certum est minimam circumstantiam jus alterare, deindè ut credibile est, devolutione ad Cameram utriusq; partis consensu factum esse, aliâs etenim Camera illa non rece-
75. pisset, cum juramentum Cameralium expresse velit, ne contra constitutiones Imperii vel ordinationem Cameræ procedant, vel causas suscipiāt, præsumtionts igitur est, Camerales juramenti non oblitos causas illas

illas non suscepisse, si non utriusq; partis consensu factum esset.

Hodiè non rarò coram successore defuncti Principis, si litigantes in eum consentiunt, processus vel causa cœpta continuari solet. *M. Steph. de jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 3. memb. 3. n. 14. Mind. d. c. 16. m. 1, §. n. 7. lib. 1. Vult. in l. 1. Cod. ubi senat. vel. clariss. n. 33. Gilhaus. in art. judic. cap. 1. part. 1, §. 8. n. 4.* licèt Magenhorst *in not. ad ord. Cam. p. 2. tit. in f.* velit defuncto Commissario, ante sive post litis contestationem, causam devolvi debere in Principem successorem. Verùm hoc non necessitatis esse tex- 76. tus ordinationis satis evidenter concludit, ideoq; si in facto contingit, id partium meræ & liberæ voluntati est adscribendum.

Quãdo secũdi ordinis personę cõ- 77. tra Electorẽ, Principẽ vel Principa-

rem actionem movere desiedrant, tunc integrum est actori quem velit ex octo modis, qui tit. 4. pr. 2. Ord. Camer. proponuntur, eligere. §. Zum andern/ *&* §. *item* es sol zu der klagenden Partheyen Willen stehen/ *& tot. d. tit. 4. Mynsing. 5. O. n. 2. Mindan. lib. 1. c. 17. m. 9. n. 9. Meland. ad Noe. Meur. part. 1. rubr. nota de Austregis n. 11. Denais. in jur. Camer. tit. judices inter Principes reos & infer. 158. §. 7. Roding pand. Cam. l. 1. tit. 4. c. 3. vers. si cui hac via procedere non placuerit, &c. pag. 24. Facit l. cum clericis 25. verb. volentibus tamen actoribus, ibiq. Doctores Cod. d Episcop. & cler. c. dilecti. 18. de for. compet. l. f. Cod. ubi in rem actio: l. sed etsi suscepit. 52. § si ea res 3. de judic.*
78. *l. 3. §. quaero de eo, quod cert. loc.* Sanè si Reus, se contrarium constitutione vel consuetudine acquisivisse, probaverit, dum actori eligendi jus non competit: Quo casu tamen si reus excipiat, tunc illud omninò proba-

probare tenetur: Sic cum Johannes Fridericus Dux Saxon. & fratres ejus contra VVolffgangum Mulichium exciperent, se non nisi coram suis Consiliariis conveniri posse, probationem hujus exceptionis ipsis injunctam esse attestatur Mynsing. *de obl.* 1. ubi in fine addit, hoc & anre & post hunc casum in quàm plurimis causis observatum, & iisdem verbis refert, addit. *ad obs. 1. lib. 2. pract. observ. VVurmbs. & H. Hartman.* sicuti & Schvvanm. *d. obl. 18. n. 4.* ita Cameram in causa Isaac Juden contra J. Burggravium in Fridberg pronunciasse refert. Quæ opinio 79.
vera esse dicitur, tu etiam procedat, licèt actor sit subditus, §. *ult. verb.* **in allermassen wie die obgesetzt / etc.** *d. tit. 4. Myns. Mind. & Schvvan. dd. ll. d. edit. ad VVurmbs.*

Quando actor primo modo uti 80.
vult, requirere debet reum, sine samen libello, *ut decis. in causa* **Preun**

rem actionem movere desiedrant, tunc integrum est actori quem velit ex octo modis, qui tit. 4. pr. 2. Ord. Camer. proponuntur, eligere. §. Zum andern/ & §. *item* es sol zu der klagenden Partheyen Willen stehen/ & *tot. d. tit. 4. Mynsing. 5. O. n. 2. Mindan. lib. 1. c. 17. m. 9. n. 9. Meland. ad Noe. Meur. part. 1. rubr. nota de Austregis n. 11. Denais. in jur. Camer. tit. judices inter Principes reos & infer. 158. §. 7. Roding pand. Cam. l. 1. tit. 4. c. 3. vers. si cui hac via procedere non placuerit, &c. pag. 24. Facit l. cum clericis 25. verb. volentibus tamen actoribus, ibiq. Doctores Cod. d. Episcop. & cler. c. dilecti. 18. de for. compet. l. f. Cod. ubi in rem actio: l. sed etsi susceperit. 52. §. si ea res 3. de judic.*
78. *l. 3. §. quaro de eo, quod cert. loc.* Sanè si Reus, se contrarium constitutione vel consuetudine acquisivisse, probaverit, dum actori eligendi jus non competit: Quo casu tamen si reus excipiat, tunc illud omninò proba-

probare tenetur: Sic cum Johannes Fridericus Dux Saxon. & fratres ejus contra VVolffgangum Mulichium exciperent, se non nisi coram suis Consiliariis conveniri posse, probationem hujus exceptionis ipsis injunctam esse attestatur Mynsing. *de obl.* 1. ubi in fine addit, hoc & anre & post hunc casum in quàm plurimis causis observatum, & iisdem verbis refert, addit. *ad obs. 1. lib. 2. pract. observ. VVurmbs. & H. Hartman.* sicuti & Schvvanm. *d. obl. 18. n. 4.* ita Cameram in causa Isaac Juden contra J. Burggravium in Fridberg pronunciasse refert. Quæ opinio 79.
vera esse dicitur, tu etiam procedat, licèt actor sit subditus, §. *ult. verb.* **in allermassen wie die obgesetzt / etc.** *d. tit. 4. Mynf. Mind. & Schvvan. dd. ll. d. edit. ad VVurmbs.*

Quando actor primo modo uti 80.
vult, requirere debet reum, sine tamen libello, *ut decis. in causa* **Preun**

rem actionem movere desiedrant, tunc integrum est actori quem velit ex octo modis, qui tit. 4. pr. 2. Ord. Camer. proponuntur, eligere. §. Zum andern/ *&* §. *item* es sol zu der klagenden Partheyen Willen stehen/ *& tot. d. tit. 4. Mynsing. 5. O. n. 2. Mindan. lib. 1. c. 17. m. 9. n. 9. Meland. ad Noe. Meur. part. 1. rubr. notæ de Austregis n. 11. Denais. in jur. Camer. tit. judices inter Principes reos & infer. 158. §. 7. Roding pand. Cam. l. 1. tit. 4. c. 3. vers. si cui hac via procedere non placuerit, &c. pag. 24. Facit l. cum clericis 25. verb. volentibus tamen actoribus, ibiq. Doctores Cod. d. Episcop. & cler. c. dilecti. 18. de for. compet. l. f. Cod. ubi in rem actio: l. sed etsi suscepit. 52. §. si ea res 3. de judic.*
78. *l. 3. §. quæro de eo, quod cert. loc.* Sanè si Reus, se contrarium constitutione vel consuetudine acquisivisse, probaverit, dum actori eligendi jus non competit: Quo casu tamen si reus excipiat, tunc illud omninò proba-

probare tenetur: Sic cum Johannes Fridericus Dux Saxon. & fratres ejus contra VVolffgangum Mulichium exciperent, se non nisi coram suis Consiliariis conveniri posse, probationem hujus exceptionis ipsis injunctam esse attestatur Mynsing. *de obl.* 1. ubi in fine addit, hoc & anre & post hunc casum in quàm plurimis caussis observatum, & iisdem verbis refert, addit. *ad obs. 1. lib. 2. pract. observ. VVurmbs. & H. Hartman.* sicuti & Schvvanm. *d. obl. 18. n. 4.* ita Cameram in causa Isaac Juden contra J. Burggravium in Fridberg pronunciasse refert. Quæ opinio 79.
vera esse dicitur, tu etiam procedat, licèt actor sit subditus, §. *ult. verb.* in allermassen wie die obgesetzt / etc. *d. tit. 4. Mynsi. Mind. & Schvvan. dd. ll. d. edit. ad VVurmbs.*

Quando actor primo modo uti vult, requirere debet reum, sine samen libello, *ut decis. in causa* Preun 80.

rem actionem movere desiedrant, tunc integrum est actori quem velit ex octo modis, qui tit. 4. pr. 2. Ord. Camer. proponuntur, eligere. §. Zum andern/ & §. *item* es sol zu der klagenden Partheyen Willen stehen/ & *tot. d. tit. 4. Mynsing. 5. O. n. 2. Mindan. lib. 1. c. 17. m. 9. n. 9. Meland. ad Noe. Meur. part. 1. rubr. nota de Austregis n. 11. Denais. in jur. Camer. tit. judices inter Principes reos & infer. 158. §. 7. Roding pand. Cam. l. 1. tit. 4. c. 3. vers. si cui hac via procedere non placuerit, &c. pag. 24. Facit l. cum clericis 25. verb. volentibus tamen actoribus, ibiq. Doctores Cod. d Episcop. & cler. c. dilecti. 18. de for. compet. l. f. Cod. ubi in rem actio: l. sed etsi suscepit. 52. §. si ea res 3. de judic.*
78. *l. 3. §. quaero de eo, quod cert. loc.* Sanè si Reus, se contrarium constitutione vel consuetudine acquisivisse, probaverit, dum actori eligendi jus non competit: Quo casu tamen si reus excipiat, tunc illud omninò proba-

probare tenetur: Sic cum Johannes Fridericus Dux Saxon. & fratres ejus contra VVolffgangum Mulichium exciperent, se non nisi coram suis Consiliariis conveniri posse, probationem hujus exceptionis ipsis injunctam esse attestatur Mynsing. *de obl.* 1. ubi in fine addit, hoc & anre & post hunc casum in quàm plurimis causis observatum, & iisdem verbis refert, addit. *ad obs. 1. lib. 2. pract. observ. VVurmbs. & H. Hartman.* sicuti & Schvvanm. *d. obl.* 18. *n.* 4. ita Cameram in causa Isaac Juden contra J. Burggravium in Fridberg pronunciasse refert. Quæ opinio vera esse dicitur, tu etiam procedat, licèt actor sit subditus, §. *ult. verb.* in allermassen wie die obgesetzt / etc. *d. tit.* 4. *Myns. Mind. & Schvvan. dd. ll. d. edit. ad VVurmbs.* 79.

Quando actor primo modo uti vult, requirere debet reum, sine samen libello, *ut decis. in causa* Preun 80.

 contra

probare tenetur: Sic cum Johannes Fridericus Dux Saxon. & fratres ejus contra VVolffgangum Mulichium exciperent, se non nisi coram suis Consiliariis conveniri posse, probationem hujus exceptionis ipsis injunctam esse attestatur Mynsing. *de obl.* 1. ubi in fine addit, hoc & ante & post hunc casum in quàm plurimis caussis observatum, & iisdem verbis refert, addit. *ad obs. 1. lib. 2. pract. observ. VVurmbs. & H. Hartman.* sicuti & Schvvanm. *d. obl. 18. n. 4.* ita Cameram in causa Isaac Juden contra J. Burggravium in Fridberg pronunciasse refert. Quæ opinio 79. vera esse dicitur, tu etiam procedat, licèt actor sit subditus, §. *ult. verb.* **in allermassen wie die obgesetzt / etc.** *d. tit. 4. Mynss. Mind. & Schvvan. dd. ll. d. edit. ad VVurmbs.*

Quando actor primo modo uti 80. vult, requirere debet reum, sine samen libello, *ut decis. in causa* **Preun**

contra Meckelburg. *Roding. pand. Cam. tit. 4. c. 3. lib. 1. p. 23.* ut sibi coram suis consiliairis respondeat in causa, quam contra eum intentaturus, quô facto reus intra sequentem mensem Actorem, coram suis consiliariis, ut compareat, citare, & constituta die veniente, uti & seq. juridicis novem primariorum suorum Consiliariorum, inter quos ad minimum quinq; nobiles remoto officiali, qui causam liti dedit, esse debent, de sua aula deputare tenetur.

Actor deindè ex illis novem Judicem eligere necesse habet, Hic in præsentia actoris vel ejus Procuratoris, à cæteris octo, & ex his octo senior à judice solenne juramentum exiget, se scilicet in causâ propositâ, bonâ fide, secundum utriusq; partis jura deducenda, judicaturos, & quo minùs hoc fiat, nunquam

quam omissuros. Non mihi di- 81.
splicet, quod Principes, qui terminos agrorum suorum communes habent, in finibus regundis faciunt, ut consiliarios suos, quibus id negotii dent, solvant jurejurando, quo illis obstricti sunt, ut eodem modo judices consilii utrinq; delecti, solvantur omnibus vinculis, si fortè, quibus devincti sint partibus suis. Tales igitur sentio Judices esse oportere, non qui alterutrius partis, Præjudicia (quod nos extra concilii tempus facimus) adferant ad rem, quæ tractetur: sed qui liberi, soluti & nullâ re implicati, integram habeant judicandi potestatem. *Andr. Friccius lib. 4. de Rep. emendand. c. 4. sub. fin.* Quare no- 82.
vem hi Consiliarii pendente causâ cujusq; jurisjurandi nexu & religione, quantum ad hoc judicandi munus pertinet, soluti esse debent, Re- 83.
usq; actori & omnibus, quos secum addu-

adduxerit, vel ſuo loco & nomine miſerit, exceptis violatoribus pacis publicæ, & hoſtibus publicis, ſalvum conductum ultrò citroq; eundi & redeundi in ſcriptis præſtare tenetur, *pr.* §. *&* §. dieſelbe *1. D. tit. 4.*
84. *p. 2. Ordin. Cam. &* §. erſtlich. Si modus hic actori exarriſerit, non his novem conſiliariis ſeptem vel quinq; eligere, & coram eis, uti præcedenti modo dictum, procedere poteſt. §. zum andern *d. tit 4.* Et quando ſecundum alterutrùm modorum prædictorum
85. proceditur, Reus ſumtus ſuis Conſiliariis ſubminiſtrare debet. §. vnnd
86. ſollen *d. t. 4.* In tertio modo Reus actori tres Electores, Principes vel Principares minimè partiales denominare; ex quibus actor unum eligere tenetur.

Et in hoc modo fere attendendum, quod ſuprà de eo, *qui in tit 2.* §. darauff *deſcribi[illegible]*, dictum, *Roding. d. c. 3. verſ. tam actor igitur pr. 25.*

Si

Si verò actori quartus modus placuerit, à Cæsarea Majest. vel Rege Rom. humilimâ supplicatione, in qua contineatur, contra quem & qua de causa agere velit, petere debet, ut vigore ordinationis hunc vel illum judicem constituat, quando verò nullum certum denominare velit, petere potest, ut ex officio quis constituatur, qui casum audiat, & decidat. Consultius actorem 88.
facere volunt Schvvanman & alii, si plures petat, & quidem ut iis conjunctim & divisim sampt vnnd sonders / potestas procedendi fiat, ut mortuô unô, alter nihilominùs in causa cœpta procedere potuerit, ne opus novis sumtibus, & longior in- 89.
tercedat mora, siquidem aliâs licèt plures in genere dentur, & unus ex iis moriatur, cæterorum jurisdictio finitur. *c. delegationem. c. causam matrimonii de re judic.* quamvis enim 90.
quilibet eorum jurisdictionem in solidum

solidum habeat, tamen solus eam exercere nequit *d. t. causam*, ubi
91. glos. verb. teneatur. Sed illi textus de delegatis loquuntur; quales nostri judices non sunt, ad evitandum tamen omne dubiũ & disputationẽ consilium hujusmodi non negli-
92. gendum est. Hîc quæri potest, an, quando imperium vacat, à vicariis Imperii Judex impetrari possit? Videbatur dicendum vicarios nullum hujusmodi judicem dare posse, cum in d. §. **zum vierdten** / tantùm Imp. & Regis Rom. mentio fiat, & deinde quod hujusmodi Judices
93. dicantur, Cæsarei Commissarii, **Kayserliche Commissarien** / ergò ut nomen cum re concordet ab, Imp. vel in ejus absentia illius vices supplente Rege Rom. peti & dari possunt, maximè quod Austregæ stricti juris, ideoq; de casu ad casum & persona ad personam non extendendæ.

Verùm

Verùm enim verò contraria sen- 94.
tentia mihi videtur verior, nam omnis jurisdictio & superioritas Im- 95.
peratoris, penes Palatinum & Saxonem residet. *Michael. de jurisdictione conclus. 29. Buxtorff. ad Aur. Bull.*
conclus. 71. adeò ut quicquid ad juris 96.
ac justitiæ administrationem pertinet, ipsi peragere potuerint, sicuti communis observantia testatur, quia certa quædam Imp. excepit & sibi reservavit. *Aur. Bull. cap. 5.* jam verò unius exclusio inducit inclusionem aliorum. Licèt verò hîc excipi potuerit, tempore Aur. Bullæ Austregas hujusmodi non fuisse, ideoq; nec includi nec excludi potuisse; tamen cum ea, quod jurisdictoinem concernunt, Imp. non excepit, omnia ea, quæ ad exercendam jurisdictionem pertinent, vicariis attributa credantur. *Magon. decis. Luc. 93. n. 14. Myns. resp. 21. n. 10.* & reservatio unius

unius abdicationem aliorum
portat. *l. quæsitum 12. §. Idem resp*
dit. de instrum. leg. l. cum Prætor. 12
jud. V. Buxtorff. d. l. ubi plures ra
nes adducit, quæ omnes huc acco
modari possunt. Non movet qu
solius Imp. & Regis Rom. fact
mentio, siquidem hic casus de vi
98. riis rarissimus est; leges autem
constitutiones tantum fiunt & m
tionem faciunt illorum, quæ ut p
rimum contingunt. *l. 3. 4. 5. 6. 1*
d. ll. quæ tamen ita constituta,
stea bona occasione ad similia tr
99. possunt. *l. 11. 12. & 13. d. tit.* N
obest quod Commissarii Cæsarei
dices Austregarum nominantu
nam uti hoc non obstat, quo mi
à Rom. Reg. judices hujusmodi i
petrari possint, ita nec vicarriis
berit, maximè cum si quicquid
ciant, intuitu Imperii & futuri I
peratoris peragant qui illorum a
omnia ratificare tenetur. d. c. 5. a
r

reæ Bullæ. Circa hunc modum 101.
impetrandi Commiſſarium, & illud
quæri memini, an requiſitio, uti in
aliis modis, impetrationem præce-
dere debeat? Audivi quoſdam id vo-
luiſſe. Verùm ſalvo illorum & a- 102.
liorum judiciô, mihi hoc non pla-
cet, tùm quòd nulla mentio de eo
in ordinatione facta, tùm quòd cau-
ſæ, quæ requiſitionem in aliis exqui-
runt, hîc exulent; nam in aliis mo- 103.
dis ideò requiritur Reus, ut quoſdã
denominet, ex quibus Actor unum
loco judicis eligat, quod ſuperva-
caneum in hoc modo, aſt quis dicat,
Imper. & ſtatus ſeſe ad inania & va-
na adſtrinxiſſe?

Hoc concedo, fieri poſſe ex ur- 104
banitate, ut Actor Reo ſcripto inſi-
nuet, niſi petitis ſatisfacere velit,
ſe à Cæſ. Majeſt. Commiſſarium
impetraturum, quod tamen ad juris
& neceſſitatis repagula non redi-
gendum.

Non obstant verba d. § zum vierdten, inf. laut obgemeldter Ordnung/ &c. d. tit. 4. nam illa non de modo constituendi vel impetrandi Judicem, sed quomodò constitutus vel impetratus procedere debeat, loquuntur.

105. Sic in facto addubitatum novi, an modus hic petendi Commissarium ab Imp. tantùm ad eum casum, quo Prælati, Comites & reliqui inferiores, Electorem, Principem vel Principares convenire volunt, restringendus, an verò etiam in genere in omni causa, & in omni actore, & si Elector, Princeps, &c. sit ad-
106 mittendus? Pro posteriori concludendum videbatur, ex eo, quòd multo citiùs & lubentiùs Principes, id intra se admissuri, quod in aliis, ipsis inferioribus, permisere:
107. Deindè majoribus non denegandum, quod minoribus concessum, & quod

& quod ſpectabilibus licitum, illuſtribus juſtum & æquum reputandum. Verùm ut multoties dictum 108.
Auſtregæ ſunt ſtricti juris, & ultra expreſſa non extenduntur; deindè Principes ægrè ad hunc & alios modos deſcendêre, & juri, quod antea habuêre radicatum, renunciârunt; §. vnd wiewol *d. tit. 4.* ut hinc conjectura me eò deducat, & perſagire faciat, ultra caſus & perſonas expreſſos modum hunc non extentendum eſſe, maximè cum Imp. accuratè modos inter primi & ſecundi ordinis perſonas diſtinxerit, quod fruſtrà factum, ſi quilibet modus, contra quamlibet cujusque ordinis perſonam uſurpari poſſet, quod non præſumendum. Ad 109.
rationem contrariam reſpondetur, majores etiam majores vel æquales citiùs quàm inferiores tolerare judices; jam notum eſt vel Prælatum &

Comitem ab Imp. impetrari posse, qui temen inferior Principibus, ideoq; non mirum, si ultra casum expressũ nullos alios quàm sui ordinis
110. admittant judices. Undè cum S.V.A. C.S. nupta cõtra D.D.S. agere vellet, respondi quæreret, an Commissarium ab Imp. impetrare posset, quod non. Nam licèt ratione Conjugis, qui in secundo ordine erat, Commissarium petere potuerit, tamen quia Conjugi obstat modus statutarius ac consuetudinarius Austregarum in domo S. usitatarum, vi quarum omnes subditi & vasalli tenentur D. D. coram illorum deputatis convenire, certè nec ipsa si beneficio mariti frui voluit, poterat prædictis Austregis neglectis, aliam viam ingredi.

Si verò Commissarinm ut persona primi ordinis petere voluit, non poterit, quod ratione illarum perso-

personarum, ut dictum, modus hic non usurpetur. Succedit modus quintus, in quo actor reo novem viros integræ vitæ, inculpatæ famæ, & bonæ existimationis, ex quibus reus duos, contra reus novem consiliarios actori denominare debet, ex quibus actor postea tres eligere tenetur. §. zum fünfften *d. tit. 4.* 111.

Vel sextò Actor duos viros honestos, graves & non subjectos, & reus duos ex suis consiliariis, uterq; suis sumtibus eligere debet, qui in causa procedant, eamq; dirimant. Si verò hi quatuor in sententia discordes, partium consensu arbiter adhibendus, & si neq; super hoc conveniant, Imp. vel eo absente Rex Rom. ad utriusq; vel unius supplicationem arbitrum designare tenetur, qui secundum æquitatem & conscientiam utriusq; sumtibus litem dirimere debet. §. zum sechsten. *d. tit. 4.* 112.

113. Septimò actor ex consiliariis, vel in defectu horum, ex officialibus & vasallis Rei, quinq; eligere potest, ita tamen ut reo integrum sibi ante electionem unum atq; alterum præeligendo reservare, quorum operâ in causa uti queat.

Ultimus modus convenit cum primo, quod electionem attinet, & tantùm differt in modo procedendi, de quo paulò pòst.

114. Sequitur nunc paucis (quia forma cum præcedentibus modis coincidit) quomodò judices eligendi, quando primi ordinis persona, secundi ordinis personam convenire concupiscit: ubi duæ requiruntur viæ, alia est impetrandi Commissarium ab Imp. cujus ratione attendendum, quod suprà de quarto modo, dictum: altera est, ut reus denominet tres Principes, ex quibus actor unum

eâ

eâ formâ eligere debet, de qua suprà in modô, quando Principes inter se litigant, dictum.

Sic quando à sui ordinis personis & inferioribus lite pulsantur, reus tres Principes actori denominabit, ex quibus actor eo modo, ut suprà dictum, unum eliget, vel si hic modus actori displicet, Commissarium ab Imp. petere potest, uti etiam suprà, latius deductum.

Suprà dictum, quid faciendum, si fato electus judex defungatur, jam & hoc addere libet, si ex consiliariis vel aliis personis electis quidam moriantur, & alios in eorum locum substitueudos, item si Commiss. ab Imp. impetratus moriatur, alius peti potest. Et qui hujusmodi electi & dati sunt, causam suscipere tenentur. *d.* §. **Darauff** / *tit.* 2. quod si renuunt, competentibus remediis ad hoc cogi possunt:

115.

116.

Reus requisitus suos Consiliarios, officiales, vasallos, §. **es sollen auch Churf.** *tit. 6. d. p.* 2. O. *Cam.* sicut de Domino in cogendis paribus Curiæ adjudicandum FF. tradunt. *V. Rosenthal. cap. 12. conclus. 4. d. FF. ubi ad id. d.* §. **es sollen.** *allegat Schrad. de F. p. 10. sect. n. 46. ubi itidem hunc §. citat.* reliquos, quos electio partis utriusque vel unius solùm constituit Camera & aula Cæs. mandatis pœnalibus coercere solet, *vide in simili Rul. de Cam. p. 1. lib. 2. c. 25. & 27.*

118. Formulas ad hanc rem pertinentes habet Schvvanm. *in suo processu d. lib. 1. c. 4. & 5. qui videri potest.*

119. Ex modis Austregarum præfatis duo ut plurimùm in praxi frequentantur, primus de nominandis tribus à reo super hoc requisito Principe. Secundus de impetrando per actorem Cæsareo Commissario *Schvvan. c. 3. in f. pr. 1. de process. Gilhaus. in arb.*

120. *judic. civil. c. 1. pr. 1, §. 8. n. 4.* Quæritur

tur nunc, Judices ſic conſtituti an ſint delegati, an verò ordinarii?

Judices hoſce comm. delegatos faciunt Mynſing. *2. O. 52.* Gail. *1. O. 1. n. 52. & obſ. 33. n. 3. & O. 35.* Bender. *de reviſ. concluſ. 4. n. 23.* Vult. *ad l. 1. n. 85. Cod. de jurisdict.* Mindan. *de proceß. in Cam. extrah. c. 16. m. 3. n. 10. & c. 19. m. 4. n. 5. lib. 1.* Magenhorſt *ad tit. 4. pr. 2. O. Cam. §.* zum dritten. Paurmeiſt. *de jurisdictio. c. 4. pr. 136.* M. Steph. *lib. 2. p. 1. c. 3. in f. & memb. 3. n. 44. & ſeqq. ubi n. 46. eos à ſtatibus delegatam jurisdictionem habere putat.* & Gilh. *in arb. judic.* 1. *p.* 1. §. *6. n. 5. per tit. 6. O. Camer. pr. 2.* Arnold. Engelbr. *de jurisdict. concluſ.* 121. *lit. a.* Aut. *quaſt. 6. lib. 4.* conſult. Saxon. videtur differentiam conſtituere inter judices ab Imp. impetratos, & à partibus electos, illos delegatos, hos ordinarios facit. Vide tamen eundem *pr. 1. lib. 3. c. 5. n. f. Rul. de Com.* 121. 122.

pr. 2. lib. 1. c. 2. n. 11. & pr. 1. lib. 3. c. 5. n. f. ubi tamen annectit, eos dici posse, ordinarios, ex eo, quòd à lege, hoc est, ordinatione Imperii statuntur. Reinkingk *de reg. secul. & eccl. lib. 2. cl. 2. c. 16. n.* 14. ubi tamen n. 21. scribit, ordinarium judicem Princip: esse, judices Austregarum. Et hi rationibus sequentibus moventur.

123. *Primò*, Hujusmodi judices jurisdictionem, quam expediunt non immediatè ex ordinatione Imperii, sed demum præmissâ ab actore juxta illam requisitione Rei, & ab hoc factâ nominatione, electione requirentis requisitione electi prosuspicienda, causæ cognitione ac termini præfixione assequuntur. Ergò non sunt ordinarii *Bender. de revis. conclus. 4. n. 44. & seq.*

124. *Secundò* singularitas causarum nota est delegatæ jurisdictionis *c, cum aliquibus ibi, is qui recipitur. de rescript. in 6. Br. in l. ambitiosa n. 34. de decret. ab ord.*

ord. faci. Marant. in specul. pr. 4. dist. 5. n. 4. inf. & Br. in l. more majorum. n. 3. de jurisdict. M: Steph. d. lib. 2. pr. 2. c. 5. memb. 3. n. 47. Judices verò Austregarum, saltem circa causas particulares & unicam tantùm litem, quæ inter duos status vertitur, versantur, & vix fieri potest, quod unâ eademque vice duas pluresvé lites, etiam inter easdem partes ortas, Judex vigore ordinationis electus, intra semestre vel ad plurimum anni spacium, definire queat. 125.

Tertiò post semestre vel ex justa causa intra annum jurisdictio Austregarum expirat. § Dieselbe neun *1. tit. 4. pr. 2. O. C.* quæ si ordinaria, perpetua foret. 126.

Quartò Principes vel status Imp. in judices Austregarum electi ac requisiti, plerunq; non ipsi cognoscũnt, causamq; definiunt, sed corã eorum Consiliariis seu Curiis Canzeleyen vnd Hoffgerichtẽ cognitionẽ sub- 127.

ſubdelegant, à quibus non ad ipſ
ſtatus ſubdelegantes, ſed ad Cam
ram appellatur. §. **darauff**/*tit. 2. pr*
O. Cam. Mynſ. 4. Obſ. 68. cum tam
ſi ordinarii eſſent, non alius quà
ipſi Committentes provocari pc
128. ſent. *Quintò* ipſi ſententiam ſiv
à ſeipſis, ſivē ſuis Cōſiliariis vel C
riis dictam non exequi poſſunt, ſe
ſoli Cameræ id competit. *Gail. 1.*
1. n. 53. Mynſing. 4. obſ. 93. M. Steph.
memb. 3. n. 44. & ſic Judicum Au
ſtregarum jurisdictio debilior a
129. ſtrictior jurisdictione delegati Prin
cipis, hic n. à ſuo ſubdelegato pro
vocatur, ſuamq; ſententiam ipſe
exequitur. *Matth. Stephan. d. l. n. 4.*
130. *Sextò* jurisdictio Judicū Auſtregar
prorogari nequit. §. **zum vierden**
tit. 4. cum ſit ſtricti juris & odioſa
ordinaria verò favorabilis & ampl
ideò & prorogabilis.
131. *Septimò* poſſunt Judices Auſtre
garum recuſari *Mynſing. 2. Obſ. 5.*
Matt

Matth. Steph. d. l. n. 45. Mind. d. c. 19. memb. 4. n. 5. ordinarii non item. *Gail. 1. observ. 33. in. prin. Pacian. 2. de* 132.
prob. 45. n. 136. Vult. ad l. 4. C. de jurisdict. n. 38. Zanger. de except. pr. 2. c. 4. n. 4. Imò VVesenb. *ad l. 16. Cod. de jud. n.* 18. & Dd. Com. nè quidem jure pontificio ordinarium recusari posse tradit. *Octavò* probat hoc 133.
text. tit. 28. pr. 2. O. Cam. in princ. ubi ordinaria judicia Austregis opponuntur, quod non factum, si & illa ordinaria *Rul. d. c. 5. n. f.* *Novò* 134.
expressè Commissarii Cæs. nominantur, & ab Imp. Commissionem habent attributam *d.* §. Darauff *tit. 2.*
Indubium autem, Commissarios de- 135.
legatam non ordinariam habere jurisdictionem.

Contrà pro ordinaria jurisdictio- 136.
ne militant sequentia: *primò* Constans & certa est Doctorum traditio, omnem à lege delatam jurisdictio-

dictionem, ordinariam esse. *Bender. de revis. cōclus.* 4. ubi n. 7. ex hac ratione Cameram ordinariam jurisdictionem habere scribit, & n. 14. Consiliarios Principum, qui revisioni intersunt, ex hac causa ordinarios esse dicit. *Gail.* 1. *observ.* 1, 4. *in princ. juncto numero sequenti* 6. *post plures. Schraderus de feud. parte* 10. *sectione* 3. *n.* 18. *Rosenthal. de feud. c.* 12. *conclus.* 11. *l.*

137. *C.* ubi notabiliter dicit Cameram ex eo ordinariam habere jurisdictionem, quia eâ ipsi lege Imperii & Imperatoris commissione tributa, quod etiam de judicibus

138. Austregis dici potest, etsi lex concedat alicui jurisdictionem respectu certæ qualitatis causarum; vel etiam certæ peculiaris causæ.

139. *Schrad. d. l.* nec requiritur territorium. *Schrad. d. l. n.* 8. *Knich. de subl. terr. jur. c.* 1. *num.* 199. maximè si specialis est jurisdictio,

secun-

secundum communem & receptam sententiam, de qua testatur Schrad. *d. l. n. 83.* Hæc autem 140
jurisdictio à lege Imp. defertur. *Ord. Cam. pr. 2. tit. 2. & seqq.* ubi ex hac ratione Rul. *d. l.* hanc ordinariam dici posse adserit.

Secundò plerunque Principes 141.
causam suam delegant vel mandant Consiliariis: nemo autem ju- 142
risdictionem mandare alteri potest, quàm qui eam suo non alieno obtinet beneficio. *l. more majorum. 5. ubi gloss. ad rem hanc notabilis in verb. alieno de jurisdict. l. 1. §. qui mandatam de offic. ejus cui mand. l. huic. Cod. qui pro sua jurisdict. jud. c. pastoralis. de offic. ord.*

Tertiò à cõsiliariis quib9 jurisdictio 143.
à suis Principibus mandata, non appellatur ad mandantes Dominos,
sed

ſed ad Cameram vel aulam Cæſ. quod nota eſt & indicium mandatæ, in conſiliariis,& ordinariæ in mandantibus principibus jurisdictionis

144. *l. 1. §. 1. ff. quis à quo.* Sanè M. Steph. *d. c. 3. memb. 3. n. 46.* hoc ex eo fieri putat, quòd ita inter Imp. & ſtatus convenerit, ut ad Cameram contra communem regulam appellatur,& aliâs dum ad Cameram appellatur, idem ſit, ac ſi ad Imp. & ſtatus tanquam delegantes provocetur.

145. Verùm hæc reſponſio Stephani facilè ex præcedentibus& conſequentibus hîc refutatur.

146. *Quartò* ſi Judices Auſtregarum mandatam habent jurisdictionem, neceſſum eſt, ut ille qui defert ? Magiſtratus ſit, cujus delationem lex cõfirmet *l. & quia 6. ff. de jurisdict.* Atqui hîc nullus Magiſtratus eſt, qui eam mandet vel deferat, cujusq; delationem lex confirmet, ſed ipſa lex, ut ſupra dictum, defert.

Qui-

Quintò Judices nostri habent jurisdictionem *vel ex se vel ab alio; non ex se*, quod nemo inficias ibit, *Ergò ab alio: hîc vel litigantes, vel lex aut constitutio erit. Non litigantes*, hoc etenim casu privatorum instar sunt, qui jurisdictionem concedere nequeunt. Imò si tribuerent, illa esset vel ordinaria vel propria vel mandata & delegata: si illa, tunc sequeretur, quòd Judices Austregarum habeant jurisdictionem ordinariam; si hæc, hinc efficeretur, quòd ipsi litigantes haberent ordinariam in propriis controversiis jurisdictionem, quod impugnat principia juris, quæ nulli in propria causa concedunt jurisdictionem, & pari in parem imperium denegant, ut proindè non sine causa, quis quæreret, quo colore jurevè Stephanus scripserit, Judices hosce à statibus habere jurisdictionem, delegatam, *Ergò à lege vel constitutione* 147.

Z *imperii*

imperii habent. Nec est, si dicas, ab Imp. & statibus hanc judices Austregarum habere jurisdictionem; nam si verum hoc, certò provocatio non solùm ad Imp. sed & status simul tanquam delegantes dirigenda, sed posterius falsum, igitur prius subsistere nequit, non obstante, quicquid Stephanus d. l. n. 46. contrà excipiat, cum Camera solius Imp. vice judicet.

148. *Sextò* jurisdictio hæc est naturalis: nam Principes eò ipsô quòd tales, quales ordinatio requirit, efficiuntur, accipiunt hanc jurisdictionem & tacitè eis hoc inest. *arg. eorum, quæ Schrad. pr. 10. Sect. 4. n. 88.* Omnis autem jurisdictio naturalis, est or-
149. dinaria *Schrad. d. l. n. 43 c 7. n. 26.* Sic Austregarum judicum commissio est perpetua, quæ judices facit Ordinarios *Bender. d. conclus. 4. n. 11.*

150. *Additur deniq; & illud*, quòd morte Imp. Judicum Austregarum jurisdictio

dictio non finiatur, undè nec mandata dici potest. *d. l. more. 6. ibiq; not. d. jurisdiction.* Quod quidem Mindan. *d. c. 16. m. 3. n. 9.* & M. Steph. *d. c. 3. memb. 3. n. 5.* non vi ordinariæ jurisdictionis, sed quia non tantùm Imp. sed & totius imperii Commissarii & communi imperii lege deputati & electi, fieri contendit, imò insuper differentiam inter hos & alios Commissarios facit, nim. quòd nostrorum Commissariorum jurisdictio iis defunctis in successorum sine consensu Imp. & solâ partium vel expressâ vel tacitâ voluntate prorogari possit, quod de aliorum jurisdictione dici nequeat. Ast repugnare videtur Mindani opinioni non tantùm illud, quod Cæsarei Commissarii solùm dicantur, & ab ipso Commissionem habeant vi ordinationis imperii, §. Darauff *t. 2.* Sed & natura mandati; nam morte mandantis expirat jurisdictio

151.

152.

mandata *d. l. more 6.* quod etiam verum, licèt plures mandent, & his unus vitam cum morte commutet, vi allegatâ naturâ mandati: Si ergò non tantùm ab Imper. sed & statibus deputati essent, certè ex prædictis adserendum, morte Imp. jurisdictionem horum Judicum finiri, quod ipse Mindanus negat; Proindè aliâ de causâ, nim. quòd jurisdictio ideò morte Imp. non finitur. Deindè nemo jurisdictio-
154. nem delegare potest, quam ipse non habet, *l. nemo plus juris. de R. I. &*
155. *arg. d. l. more majorum*, jam verò status Imperii in status nullam unquã habuére jurisdictionem, quocirca eam alteri delegare non potuere, uti etiam suprà deductum.

Quòd verò Mindanus insuper differentiam inter hos & alios Commissarios constituit, benè facit, sed id non fit eo respectu, uti ipse vult, sed quòd omnes Principes imperii in

in genere in Judicem eligi possunt, ideò non mirum, si citra consensum Imp. in successores continuatur jurisdictio, cum nec ejus consensu opus ab initio, dum defunctus antecessor in judicem electus.

Atq; huic sententiæ subscribunt 157.
Oldendorp. *de except. tit. de except. declinat. ad vers. jurisdict. n. 26. pr. m. 26.* ubi expressè hos judices inter ordinarios locat, Bocer. *de jurisdict. c. 7. n. 26.* Umm. *disp. ad process. 4. n. 41.* Sixtinus *de regal. c. 8. n. 62. lib. 3.* qui in materia regalium Austregarum judices ordinarios esse tradit. Non 158.
injuria conqueritur Rul. *de com. p 4. l. 2. c. 2. in pr.* dolendum tot tantosq; viros excellentes doctrina & ingenio præditos, de jurisdictione ejusque speciebus, quæ in desuetudinem abierunt, tanquam pro aris & focis decertando tàm multa scripsisse, & vix unum aut alterum earum, quæ ad usum nostri temporis spe-

ctent, in ſpecie attingere. Addatur idem *d. l. 2. c. 17. m. 4.*

159. Sanè mutatâ antiquâ Reip. facie, ſimul & multa præſertim in jurisdictionalibus mutata deprehenduntur, & ſi veterum illorum ſcripta vel reſponſa in omnibus amuſſatim applicare vellemus, quandoq; ri-
160 diculi evaderemus. Et modernis temporibus eôdem locô eſt jurisdictio, quo veteri ſeculo fuit, nam adeò intricata, obſcura & difficilis eſt, ut qui accuratè illam intelligat, certè non minimam juris cognitio-
161. nis adeptus videatur; & jurisdictionis materia hodiernis moribus non minùs, quàm jure veteri civili Rom. in pelago verſatur, ac potiſſimum uſus ac conventio illius Cynoſuram ſuggerit, *ut com. aſſeritur:* Sunt ſanè quidā, qui jurisdictionem modernam, non ex jure communi
162. *Br. & Bl.* ſed publico Receſs. imperii & uſu hodierno dijudicandā volunt, *Knich.*

Knichen. in epistol. ad d. Lagum tr. de jur. territor. præfix. Verùm his non applaudere Vult. Paurm. 2. *de jurisdict.* 163
c. 6. n. 177. & seqq. cujus tamen sententiam ut & præcedentium moderandam esse, usus quotidianus satis evincit; tot ferè nunc usus, necessitas, & quandoq; adulatio jurisdictionis species effecit, ut non sine summa difficultate distingui, explicarivè singulæ queant, ita ut ridiculè quidem, sed hoc nostro ævo haut ineptè quidam protestando, referente Keller. *de offic. juridicopol. lib. 2. c. 12. f. 399.* exclamârit, **daß er seinen gnädigen Herrn alle Obrigkeit auff vnnd vnter der Erden / auch so viel noch künfftig erdacht werden möchten / jetzt alsdann vnd dann jetzt** per expressum **vorbehalten haben wolle / etc.** 164 165
P. Greg. Tholos. *lib. 32. c. 10. n. 6. Syntag.* totùm Magistratuum & jurisdictionis distinctionem hodiè ex jussu & voluntate concedentis dependere dicit. 166

167. Quid ergò statuendum, & cui p
ti est adhærendum? An dicendu
ordinariam eos habere jurisdicti
nem in cognoscendo, & delegata
168. in pronunciando & definiendo, pr
ut de palatii Apostolici causaru
Auditoribus refert, & probat pc
alios Vant. *de nullit. rubr. coram q*
poss. & deb. nullit. n. 15. vel interm
dios esse inter ordinarios & deleg
tos, quod de eo, qui vicem alicuj
judicis vel præsidis obtinet, doc
169. VVesenb. *ad tit. Cod. de ped. jud. n.*
vel ordinarios & delegatos simul e
170. se, quod de vicario Episcopi præc
171. cat Menoch. 2. *præs.* 15. an verò d
stinguendum cum Autore *quæst. l*
4. consult. Saxon. qui ut suprà all
tam differentiam facit inter Jud
ces ab Imp. impetratis, & à partib
electos, quasi illi delegati, hi ve
172. ordinarii essent? Si aliquid statue
dum, statuerem Judices Austreg
rum conformiorem ordinariæ h
be

bere jurisdictionem, propter rationes evidentes & inevitabiles, quæ pro ordinaria jurisdictione sunt allatæ. Nec tanti forsan erunt, quæ in contrarium adducta, Non enim 173.
juridicè colligitur: jurisdictio Austregarum Judicum non immediatè ex constitutione imperii defertur, sed demum præmissâ ab actore requisitione rei, & ab hoc facta nominatione, electione requirentis, &c. ut habet *prima ratio*, ergò ordinaria non est: nam si firma est hæc collectio, pari jure collegero, nec Pares Curiæ in decidenda controversia feudali habere ordinariam jurisdictionem, cum non immediatè à lege, sed tum demum, cum à Domino 174.
& Vasallo litigatoribus electi fuerint, & requisiti, nanciscantur jurisdictionem. *c. unic. de controvers. Feudal. apud Par.* 2. F. 16. atqui juris- 175.
dictionem parium esse ordinariam unanimiter Doctores tradunt. *Gail.*

1. O. 1. n. 55. Vult. 2. F. 2. n. F. Rosenth. c. 12. n. 6. conclus. 1. & conclus. 14. n. 51. & concl. 6. n. 31. & seqq. Schrad. de part. 10. sect. 4. n. 92. ubi malè VVurmbserum lib. 2. tit. de Feud. Obs. 22. contrarium tenere dicit. Benè ad propositum Schrad. *d. pr. 10. Sect. 8. n. 31.* docet,
176. toti Curiæ parium jurisdictio competit immediatè à lege, Paribus autem Curiæ electis sive eligendis jurisdictio non immediatè à lege, sed demum interveniente electione partium competit.

177. Sic omnibus Principibus & competit jurisdictio imediatè à lege imperii, huic vel illi autē eligendo vel electo non itidem, sed demùm mediante electione partium vel unius
178. tantùm. Sic Magistratus ordinarius, per supplicem libellum adeundus, nec tamen illa supplicatio vel aditio jurisdictionē refert, sed antea collatam excitat, quasi ut in exercitium deducatur. Defertur igitur hujusmo-

di

di jurisdictio à lege, sed sub modo 179.
& certa requisita forma, quæ tamen
ordinariæ jurisdictioni impedimen- 180.
to non sunt, nec electio & requisito
jurisdictioné tribuunt, sed legi de-
ferenti subministrant, & adminicu-
lantur.

Nec in jure nostro novum & in- 181.
auditum est, ut quid in aliqua re
requiratur, quod tamen nec causa
rei: Sic legatus Proconsulis etsi 182.
SCtum illi jurisdictionem defere-
bat, tamen non priùs proprium
quid habebat, quàm â procon-
sule ipsi jurisdictio mandabatur.
*l. legali. 13. de officio proconsf. l. cognitio.
pen. de officio ejus cui mand.* Sic qui- 183.
dam Magistratus jus dandi tutores
à lege vel Senatus consulto habe-
bant, nec tamen idem habuissent, ni-
si simul & jurisdictionem obtinuis-
sent, nec tamen propterea jurisdi-
ctio causa est dationis, sed lex & se-
natus consultum.

Brevi-

184. Breviter lex imperii defert jurisdictionem iis, qui à litigatoribus eliguntur; Consuetudines feudales paribus Curiæ, si eliguntur, senatus legato Proconsulis, si mandat Proconsul, &c. nec tamen partium electio, uti de paribus Rosenthal. *d. c. 12. conclus. 4. n. 54.* expressè scribit, vel mandata Proconsulis jurisdictio causa sunt deferentes, sed tantùm terminant subjectum certas addendo qualitates.

185. Quòd singularitas causarum nota sit delegatæ jurisdictionis, ut Stephanus opinatur, nullo jure probatur: *Aut* enim *intelligit* Stephanus *certas causas in genere vel in specie: Si illô modô*, certè pleriq; Magistratus ordinaria destituti erunt jurisdi-
186. ctione, & ipsa Camera, cum in certis nec omnibus cognoscat causis;
187. *Si hoc*, sequetur Pares Curiæ, qui ad unam tantùm causam eligantur, ordinarios non esse: Prorsus enim indubita-

dubitatum eſt, nec non ab omnibus Doctoribus nullô penitus diſcrepante receptum, *ut refert Schrad. d. p. 10. ſect. 3. n. 85.* illam jurisdictionem ordinariam, quæ judicibus feudalibus competit, non univerſalem 188.
ſed particularem, ſpecialem ſive ſingularem eſſe, quam rationem etiam urget ratione jurisdictionis Cameralis ordinariæ, Bender. *d. concluſ. 4. n. 9. & ſeqq.* Cum igitur ratio hæc utroq; modo accepta falſitate laboret, nec Auſtregarum Judicum jurisdictioni ordinariæ obeſſe poterit: 189.
taceo, jurisdictionis naturam non nudè vel crudè ex rebus, de quibus competit, metiendam.

Et uti ſtatibus imperii ratione re- 190.
viſionis, negotiorum quædam univerſitas commiſſa, ita ut per ſuos Conſiliarios omnes ac ſingulas cauſas, quarum aliquando reviſio petita fuerit, ordine tamen quadam definire & determinare vi generalis Imp.

Imp. & ſtatuum Imperii commiſſionis poſſint, atq; propterea hæc ipſorum Conſiliarii, cum ad certas tantùm & particulares cauſas adhibeantur, ordinarii non ſint: uti Benderus *d conclus. 4. n. 18.* tradit: Ita & ſtatibus imperii negotiorum quædam univerſitas ratione Auſtregarum commiſſa, & vi generalis commiſſionis ordinariam habent jurisdictionem. *Bend. d. concluſ. 4. n. 8.*

191. Non refragatur *tertia ratio*; ſiquidem ſi triennium de jure communi non obfuit ordinariæ jurisdictioni. *l. properandum. 13. Cod. de jurisdict.* nec trimeſtre vel unius anni ſpacium deſtinatum Auſtregarum jurisdictionem faciet delegatam. Nec eſt, ſi regeratur, nihilominus jurisdictionem aliorum judicum in aliis negotiis eſſe perpetuam, quod de Auſtregarum judicibus dici non potuerit, nam replic. idem de paribus Curiæ dicen-

cendum: Imò Auſtregarum judices etiam in aliis negotiis, ſi non actu, at potentiâ habere jurisdictionem dico, ut quotiescunque eligantur, cum eam exercere poſſint: & quod in reliquis ordinariis Magiſtratibus operatur ſupplicatio & aditio, in hiſce noſtris efficit electio & requiſitio, &c.

Pone, quibusdam jurisdictionem 192. in quodam loco competere cumulativè, omnes certè habent jurisdictionem, quid ſi ex illis quidam nunquam adirentur, ut ſuam jurisdictionem exercère poſſent, an propterea ſuâ exuendi jurisdictione? Si licèt omnes Principes imperii cæteris paribus habeant jurisdictionem à lege delatam, interim tamen illam exercere non poſſunt, niſi eligantur. Habent igitur omnes Principes jurisdictionem hujusmodi acquiſitam, non tamen omnes citra electionem exercere poſſunt.

Simi-

193. Simile in jure noſtro antiqu
dere licet, ibi certæ conſtitutæ
decuriæ, ex quibus Judices par
litigantibus addicebantur: Si
ex illis decuriis poteſtatem à l
judicandi tenebant, ſed illam
cere non poterant, niſi à magi
tibus addicebantur, nec tame
lam poteſtatem à magiſtratibus
à lege traditam agnoſcebant.
1. *ff quis & à quo.* Undè Camil. P
de offic. ejus cui mand. jurisdict. lib. 1
referente Hilligero ad c. 26. lib. 17. D
lit. F. dicit, eos nihil à Magiſt
habere, ſed tantùm juberi a
exequi munus ſibi à lege injunc
& ſic notionis exercitium conſe
prius ſaltem habitu compete
194. Sic Magiſtratus municipales n
dant tutores, niſi juſſu præſid
nec tamen jus dandi tutores à P
ſidibus recognoſcunt. *Quart*
195. *tio* per noſtram ſecundam ſati
nervata, ſi conſiliarii eſſent ſu

l

legati, tunc ab eis non ad Cameram vel aulam Cæſ. ſed ad delegatum vel ſubdelegantem provocatio facienda *d.l. unic. Cod. qui pro ſua*, quod cum non fiat, nec contrà ſentientium opinio vera eſſe poteſt.

Malè *quintò* ab executione ſen- 196
tentiæ ad jurisdictionis naturam colligitur. Umm. *diſp. ad proceſs. 4. n. 72.* Reviſores non exequuntur ſuam ſententiam ſed Camera, & tamen 197
habent jurisdictionem ordinariam *Ord. Cam. p. 3. tit. 53.* §. **darauff ſollen** & §. **im fall.** & §. **ob auch die** *Reviſion Bender. de Reviſ. concluſ. 4. n. 26. & 31. Knich. de Sax. non provoc. jur. verb. jus c. 5. n. 20. & 54. cum ſeq.* Judex, cujus Jurisdictio qrorogata fuit, ſententiam ſuam executioni mandare nequit. Paurm. l. de jurisdict. 27. n. 198
45. niſi victor bona habeat in ſuo territorio ſita: nec tamen ejus jurisdictio inde fit delegata.

Judex domicilii in actione reali 199

competens est, *l. f. Cod. ubi in rem act.* nec tamen executioni sententiam
200 tradere valet: In controversiis feudalibus diversimodè à diversis fit executio *Rosenthal. c. ult. conclus. ult.*
201. Imò delegatus Principis sententiam suam exequi potest, *Gail.* 1. *c.* 1. *n.* 53. *Mynsing.* 4. *O.* 93. *n.* 3 *& Doctores comm. Bender. de revis. conclus.* 4. *n.* 47. Judices ast nostri secundum diss. opinionem delegati Principis sunt, nec tamen jus exequendi habent secundum illos, malè ergò ut dictum ab executione ad jurisdictionem con-
202 cluditur. Quin imò & nostros de jure sententiam suam exequi posse, non sine ratione quis adstrueret; nam licèt non ordinarii (de his enim non dubium, quin exequi sententiam suam possint) sed, delegati nihilominus quia delegati Principis, uti modò probatum, sententiam executioni mandare valent, nec hisce nostris, qui delegati Principis sunt,

ſunt, hoc denegandum; Et quid 203.
multis, in ſola cauſa ſpolii ob ſummam rei favorem executio Cameræ imperiali demandata. §. vnnd ſo das *tit. 8. d. p. 2. Ord. Cam.* (ut mirer, cur Tennagelius de decernend. 204
proceſſ. c. 17. n. 2. §. vnd ſo das/ad omnes cauſas trahat) ergò in reliquis cauſis executio judicibus Auſtregarum non ademta per vulg. maximè cum expreſſè executio ipſi attributa §. zumahlen *d. tit. 4. p. 2. Ord. Cam.* Quocirca Judices Auſtregarum, ſi nim. bona in illorum territorio ſita, ſententiam ſuam exequi valent, vel per literas mutui conpaſſus, ut alius in cujus territorio victus bona poſſideat, executionem faciat, uti alii Magiſtratus, petere poteſt. Deindè reſpondetur cum Bendero *concluſ. 4. n. 48. & ſeq.* Principem executio- 205.
nem ſententiæ ſpeciali ſibi reſervare poſſe, non mirum igitur, ſi Imp. etiam executionem ſententiam or-

dinarii etsi de jure communi ipsi ordinatio competat executio, quemadmodum & delegato principis, sibi reservet, aut eam alii cui ipse voluerit, committat, uti in revisione factum. An jurisdictio Austregarum prorogari potuerit, de quo *Sexta ratio* contraria agit, infrà Capite seq. latiùs dicetur.

206 Quod *Septimo* de recusatione adductum minus movet: *V. Rosenthal. c. 12. conclus. 4. n. 62. & seq. hoc egregiè tractantem. Gilcken. ad. l. 14. Cod. de judic. tr. 575. n. 4. & seq.* Siquidem non satis expeditum, an ordinarius recusari possit, nec ne? uti ita incertum per æquè incertum frustrà probetur,

207 Et si omnes juris nostri textus diligenter evolvantur, accuratè perpendantur, & ratio juris inquiratur, contrarium nim. & ordinario recusari posse, manifestò apparebit; hoc eò magis statuendum, u sic jus civile cum Canonico, quo

recu

recuſationem admittit *c. 4. de for. comp.* concordet, horum etenim pugnantia non facilè admittenda *c. 1. de nov. oper. nunc.* & hanc ſententiam in uſu ſervari teſtatur Hillius *ad c. 25. lib. 12. Donell. L. Q. Menoch. 1. A. J. Q. 54. n. 13.* Bruning. *de var. uni* 208
verſ. ſpecieb. concluſ. 16. ubi & tota collegia recuſari poſſe tradit, quod etiam docet Hillius *d. l.* Et licèt con- 209
traria opinio in Camera recepta; tamen id ſingularem rationem ſapere videtur, nim. quod in ſupremo principis Conſiſtorio exceptio recuſationis non admittatur. *Gail. 1. O. 33. n. 11.* Ratio, cur Camerale judicium ut ſuſpectum recuſari nequeat, allegatur, quod quia repræſentat ſummum Principem, qui extra dubium ut ſuſpectus recuſari nō poteſt, cum in Imperatorem nulla cadat ſuſpicio *Caval. Deciſ. 28. n. 111. p. 2.* Deindè appellatio & recuſatio à pari procedunt. *Scacc. de appell. quæſt.*

 16. lim.

16. lim. 1. n. 8. undè à quo appellari nequit, ille nec ut suspectus recusari potest. *Scacc. d. l. n. 7.* atqui ab Imp. appellari nequit: ergò nec is suspe-
211. ctus recusari potest. Jam verò à quo appellari nequit, ab ejusdem senatoribus nec appellatio admittitur. *Scacc. d. l. limit. 4. n. 3.* & per consequens nec illius suspecti coargui nedum recusari possunt: maximè si nomine Principis judicant. *Scacc. d. l. n. 4.*

212. Quod ad alia Judicia non exten-
213. denda. Deindè & pares Curiæ ut suspectos removeri posse, communis est Feudistarum traditio. *Rosenthal. d. F. d. c. 12. conclus. 4. n. 6.* Et licèt Schrad. *p. 1. c. 6. n. 6.* hoc ex eo venire dicat, quod ubi jus civile à Canonico dissentit, ibi Canonicum in quæstionibus feudalibus servari; tamẽ secundum verissimam & receptissimam opinionem ratio prædi-
214. cta, illa tantùm obtinet, quando quæ-

quæritur de juramento *Ros. d. l. c. 1. conclus. 19. Schrad. d. F. p. 2. c. 5. n. 69.* ubi expressè dicit, in quæstionibus ex juramento descendentibus vel annexis hoc locum habere, non in aliis, ubi hanc sententiam frequentiorẽ esse & consuetudine observari dicit, & ita Cameram Anno 1600. in quadam causa citationes duas decrevisse. *ib. L. 22.* Et revisores Ca- 215.
meræ Recess. Imp. de Anno 1559. §. **da aber hinfürter** / quos tamen ordinariam jurisdictionem tenere, *ipse Gailius. 1. Obs. 154. in princ. attestatur, & Knich. de sax. non prov. jur. c. 5. n. 20.*
Ad *octavum* respondetur verba **or- 216.
dentliche untergericht** in d. tit. 28. non de jurisdictione ordinaria accipienda, sed de certis & statis judiciis inferioribus, quibus reliqua, quæ non ita certa & stata sunt, ut Austregæ opponuntur, ut verba ostendunt, nec unquam probari potest verb. **ordentlich untergericht** denota-

re ordinariam jurisdictionem, ſed tantùm ordinaria & certa judicia.

217. Deniq; nec *ultimum* ſtringere videtur, ſiquidem non appellatio & nomen, ſed forma commiſſionis, facit comiſſarium, ut in ſimili poſt Gailium. *1. Obſ. 150. n. 6.* reſpondet Vulteius *lib. 2. Iurisprud. Rom. c. 1. n. 23.*

218. deinde vocab. Commiſſarii latè patens eſt, nec tantùm delegatos judices ſed & alios denotat. *Rul. de com. p. 3. lib. 1. c. 2. n. 7. imò Matthesil. in ſing 89. & Felin. in c. licèt n. 3. de offic. ordin.* verb. committere non delegatam jurisdictionem importare, tradunt, deinde reviſores Commiſ-

219. ſarii dicuntur, & tamen ordinarii ſunt, ut ſuprà dictum, & aliâs notum, appellationem nominis rem ipſam non conſtituere, uti ſuprà c.

220 1. dictum, & argumentum à nomine ſumtum non rarò fallit. *Stephan. in dialect. jur. lib. 2. loc. 5.* Et hæc noſtra approbat *Mart. Rumelin. diſſert. 1. pr. 2.*

ad

ad Aur. Bull. concl. 6. addens me contrariæ ſententiæ argumenta eruditè refutare.

Sunt igitur Judices Auſtregarum ordinarii, qui res controverſas certorum ordinum imperii ſecundum normam formā ab ordinatione præſcriptam definiunt. Multum autem ſcire refert, uti Benderus de ſuis reviſoribus *d. concluſ. 4. n. 64.* dicit, delegati ſint an ordinarii, cum ex eo pendeat deciſio quæſtionis, an unus ſine altero, ſi plures judices ſint, procedere poſſit, de qua quæſtione vide Benderum *d. l. n. 66. cum mult. ſeq.* ubi plenè illam tractat & decidit, ex quo facile quilibet quid etiam ratione judicum Auſtregarum caſu contingente concludendum, colligere poteſt, adeò ut ſupervacaneum ea huc deſcribere & transferre. 221. 222.

Nunc reſtat dicere *de modo procedendi* in hiſce judiciis; debet autem 223.

 is ju-

is juri communi, ordinationi Camerae & recessibus imperii esse conformis, non attentô quod in territorrio judicis alius obtinet & in usu
224 sit. Quid si non juxta processum juris communis & imperii, sed illum, qui in territorio Judicis viget, causa peracta, an nullitatis querelae causa subjacebit, ita ut in Camera exindè
225. retractanda veniat? Negatur. Judex siquidem appellationis absolvendum absolvere, & condemnare condemnandum debet, non attenta nullitate processus, post plures à se allegatos *Borg. Cavalc. decis. Friviz. 25. n. 16. p. 1. ubi n. 48.* hanc sententiam aequam, valdè sanctam, ut quae parcat sumtibus, abbreviet lites, & unicuiq; jus suum tribuat, dicit, *& decis. 19. n. 32.* se ita judicasse attestatur. *Viv. decis. Neap. 31.* ubi ex Ferreto refert Rotam Romanã ita judicasse, & Regiam Audientiam saepius ita judicasse. *Mynf. 5. obs. 93. in princ.* ubi hanc

hanç justissimam regulam esse dicit. *Menoch. cons. 786. n. f.* *Gaill. ant. de nullit. tit. quib. mod. sent. null. def pos. n. 129.* Et hæc sententia expressè in Ord. Cam. *tit 34. in pr. vers.* vnnd so der Cammerrichter. *p. 3.* confirmata *Gail. 1. obs. 2. n. 1. & obs. 66. in f. & 75. n. 5. & seq. & obs. 84. n 4. & conclus. 1. obs. 27. & 4. obs. 62. & 5. obs 91. & resp. 2. n. 18.* sicuti nec in aliis summis tribunalibꝰ processuum nullitates attenduntur. *Menoch. cons. 478. n. 58. Affl. decis. 273. n. 7. Gram. decis. 19. n. 15. qui ità in Consilio Neapolitano observari testantur. Guid. pap quæst. 50. n. 2. & de Curiis Galliæ idem docet Rebuffus in comment. ad Reg. constit. tom. 1. tit. de supplic. art. 9. const. 1 n. 2. & seqq. eandemq; sententiam etiam in Hispaniis obtinere tradit Covarruv. lib. pract. quæst. c 25. n. 1.* Hinc nec in judicio revisorio nullitates in consideratione sunt. *Bender. de revis. c. 18. n. 56.*

Non

226 Non credi nuntio, licèt vel juratus Cameræ, ſit ſuprà dictum. Et illud ex eo, cum juramentum ipſius tantùm Cameræ proceſſus & cauſas concernat, *Ord. Cam. p. 1. tit. 84.* nec ultrà extendatur, cum juramentum ſit ſtrictæ interpretationis, nullamque extenſionem admittat. Quæ opinio etiam Lentio *d. l.* placet, ubi ita obſervatum fuiſſe ſe meminiſſe, addit.

227. Quæ ſententia & exindè fulcitur, quòd nuntio jurato non credatur, quando perſona, cui proceſſus inſinuati, dicitur fide digna *Anton. Gabriel. Com. ſent. lib. 2. tit. de citat. concluſ. 4. n. 8. Graven. ad Gail. concluſ. 54. conſid. 1. n. 3.* aſt perſonæ, quæ Auſtregis activè & paſſivè fruuntur, non tantùm ſunt fide dignæ, ſed et-
228. iam digniſſimæ & illuſtres. Deindè nuntii jurati relationi non habetur fides, quando magnum præjudicium partis concernat, *Gab. d. l. n. 6.*

Me-

Menoch. A. l. Q. cas. 112. n. 9. Graven. d. l. n. 5. ubi in seq. ex Menochio d. l. n. 9. & Masc. d. prob. conclus. 1119. n. 9. tradit, nec soli cursori Papæ, vel alterius principis credi: magnum autem præjudicium partis hoc casu inferri, si nuniti relationi credatur, extra dubium est, cum beneficio appellationis defraudetur. 229

Peculiaria habet modus ultimus d. tit. 4. §. **zum achten** / *nim.* utraque pars quatuor duntaxat, ut si testes examinati sunt, post rotuli publicationem duo insuper nec plura producta, in duplo singulis hebdomatibus quaternis **von vier Wochen zu vier Wochē** exhibere, & in tertio producto merita causæ & exceptiones, quæcunq; ad victoriam causæ obtinendam conducere videbantur, deducere, in quarto nihil novi afferre debet, si verò Judices viderunt in ultimo scripto aliquid novi allatum, quod actor ignoret, contra quod 230.

quod jus suum in prioribus productis deducere non potuerit, illud uti in præjudicium actoris tendens in sententinādo nō attendere debet, si tempus quatuor, septimanarum ad producēdum scripta actori propter loci distentiam nimis breve, reus adhuc quatuordecim dies pro dilatione actori petenti adsignari permittere tenetur: Quod si testes examinandi, illud à Commissario utriusq; partis consensu electo expediri debet, si verò partes de Commissario inter se convenire non possint, quælibet examinatorem cum scriba deputare tenetur. Examinatores sic ut
231. & scribæ seniori inter Consiliarios deputatos solenne juramentū præstabunt, se in examinatione testium utriq; parti comunes & æquales futuros, bonâ fide sumāq; diligentiâ omnia audituros atq; consignaturos, nullumq; testium in sua depositione impedituros, partibus attestationes

nes non communicaturos, ſed ſecretò ſecum habituros, & ad novem illos Conſiliarios Judices omnia obſignata transmiſſuros absq; omni fraude & dolo. Documentis probatoriis & atteſtationibus judicialiter productis, publicatis & eorum copiis datis, ſcripta duo, unum probationis, alterum exceptionis ab utraque parte intra quatuor ſeptimanas à die factæ publicationis & acceptarum copiarū exhiberi poſſunt, quibus exhibitis cauſa pro concluſa habenda.

Conſiliariis hiſce novem conſentientibus partibus cauſam concluſam ad Univerſitatem nō ſuſpectam pro cōcipienda ſentētia mittere, ita tamen ut illam ſententiam ſuo nomine publicent & pronuncient. Receſs. Imp. Spir. Anno 1570. §. in unſer Cammergerichts. Sic quando ratione ſimplicis ſpolii agitur, iidem judices, qui in aliis cauſis eligi cōſtituivé 232. 233.

poſ-

possunt, modus tamen procedendi variat. Reus ad modum 1.2.5,6.7.8. *& d. tit. 4.* requisitus procurare tenetur, ut infrà mensem vel si legitima impedimenta intervenerint, sex septimanas citatio emanet, & secundum ordinem procedatur. Si actor sive spoliatus inferioris ordinis in loco judicii Advocatos vel Procuratores habere nequeat, Princeps reus ab actore requisitus illi doctos, probos & peritos, relaxatô interim ad hunc actum juramentô, adjungere & compellere debet, ut pro justo salario, aut si per paupertatem jurare maluerit, secundum jura fideliter patrocinetur. In hac causa summariè secundum dispositionem juris celeriter procedendum, ut intra annum à die inchoati judicii, hoc est, litis contestationis *l. 13. §. 1. Cod. de jud. l. f. C. ut inter cert.*
234. *temp.* Sin verò actor requirat ad modum 3. vel impetret Commissarium

rium ab Imp. ſecundum modum. *4. d. tit. 4.* infrà menſem ad petitionem actoris citationem judex decernere, & cauſâ intra annum determinare debet. Si ſententia in rem 235. judicatam tranſiit, nec contra eam reſtitutio facta, tunc in Camera pro executione facienda, non ſecus ac ſententia illa in Camera lata, agendum. *tit. 8. d. part. 2. Ord. Cam.*

Illud etiam ſpeciale, quòd intra 236. annum cauſa terminanda. §. **Dieſelbe Neun.** *d. tit. 4.* Quid tamen, an ſententia poſt illud tempus lata, ipſo jure nulla eſt? Negatur. *Mind. lib.* 1. 237. *c. 10. m. 6. n. 6.* & quidem rectè, cum tempus hoc uſu non ſervetur, maximè in cauſis magni momenti. *Frider. d. Obſ. 5. Forſter. in proceſſ. tit. 3. obſ. 3.* & plura exempla ſunt obvia. Libet & hîc referre, quòd in appel- 238. latione à ſententia Auſtregarum judicii nil novi admittatur, niſi quod antea vel latuiſſe, vel produci non

potuisse, & ad causam pertinere ju-
239. retur. *tit. 6. d. p. 2. obs. Cam.* In causa spolii, quando provocatur, illa trimestri spacio proponenda. *tit. 8. d. p. 2. Ord. Cam.* Dictum Judices debere procedere secundum jura com munia, ordinationes imperii, ideoq;
240 quæcunq; alii aliâs Judices possunt
241. & tenentur observare, Hinc & testium examinationem alii committere possunt. *Rul. de Com. p. 1. lib. 3. c. 5. n. 32.* quod quidem non vi ordinariæ potestatis facere posse putat; Asti secundum ipsius tradita *d. c. 5. n. 1. & seq.* delegatus Princeps subdelegare examen testium nequit, certè nec Judices Austregarum, quos delegatos esse dicit, hoc poterunt; sed hoc posterius falsum ipse ostendit, dum extra dubium esse scribit, examen testium alii à Judicibus Austregarum committi posse, ergò & prius, nim quòd de egati sunt, vero non, consonum erit Judices hosce testes etiam ipsorum jurisdictioni nō sub-

ditos citare,&contra cōtumaces per 243.
mandata pœnalia procedere posse,
refert Gilm.*t 5.supplic.68.f.385*.quamvis
securiùs censeat,statim in Camera
talia mandata contra testes impetrare.
Quæritur hîc etiam,an muta- 244
tò Judice novus processus inchoandus?
Poppo Hennebergiæ Princeps 245.
contra Comites Mansfeldenses in
puncto alienati dominatus Romhildensis
revocationis, ab Imp. Dn. Johannem
Fridericum Ducē Sax. beatissimæ
recordationis Commissarium
impetrarat, qui aliquatenus
in causa progressus,sed cum pactum
contrafemitatis inter Duces Saxon.
hincæ Emestianæ iniret, spōte præfatus
Dux Joh. Frideric.*juxta.l. Julianus.d. judic.*
se munere isto judicandi
abdicavit,ne videretur suspectus ob
interesse ex pacto illo de novo natum.
Ideoq; Poppo Christophorum
VVirtēbergensem impetraverat,sed
cū eū recusaret Māsfeldenses ob loci

diſtantiam, eò quòd ultra 12. milliaria diſtaret à Comitatu ipſorū. Poppo conſilium ab Imp. petiit, ſimulq; conqueſtus ſe neſcire denominare alium Commiſſarium, quandoquidem major pars Princip. Germaniæ ſibi ſanguine juncti, quem Imperator remiſit ad Conſtit. Imp. ut alium modum eligeret, quô factô requiſivit Mansfeldenſes, ut tres ſibi Principes denominaret, ex quibus Auguſtus Saxoniæ Septemvir electus, quæſitum tum, an Elector de novo procedere debeat, ut volebant Mansfeldenſes? Reſponſum, Auguſtum cauſam in eo ſtatu, in quo fuit, acceptare & proceſſum inchoatum continuare teneri. *per l. proponebatur. Cod. de judic. junctâ l. properandum. §. ſin autem. Cod. de tit. Conſult. Sax. lib. 4. quæſt. 6.* Et hoc etiam expreſſè conſtitutum in §. **darauff.** verſ. **vnd ob der erkoren/etc.** nec differentia facienda inter modum inibi traditum, & modum,

dum, quo ab Imp. Commiſſarius impetratus, cum utrobiq; una eademq; militet ratio. Sic in facto 246
quæſitum memini, an Judex Auſtregarum ad poſtulationem partis acta ad Conſilium Sapientum mittere tenea tur? Videbatur quod ſic: de 247
conſuetudine ſiquidem & ſtilo judiciorum acta ad conſilium ſapientum, hoc eſt, ICtorum transmitti ſolent, *ut refercur à Pac. Scal. de conſil. ſapient. lib.* 1. *c.* 21. *Zaſ. in l. qui jurisdictioni. n.* 13. *de jurisdict.* ubi atteſtatur, 248
hanc generalem in Rom. imperio eſſe conſuetudinem, licèt Judices de jure communi ad hujusmodi transmiſſionem non obſtricti. *Lud. Schrad. conſ.* 2. *n.* 1. *vol.* 1. Stilus autem 249
judiciorum pro lege eſt obſervandus. *l. f. Cod. de injur. l. generaliter* 12. §. *in omnibus* 5. *Cod. de reb. cred.* §. *pen. & ult. I. de ſatisdat.* Verùm negativa 250.
verior viſa: nam modò dictum, regulam juris communis eſſe, quòd 251.

nemo Judicum regulariter acta ad consilium sapientum mittere teneatur. *Scal d. l. c. 20. 23. 24. & seq. Vant. de nullit. tit. ex defect. jurisd. ordin. n. 147. & seq. Schrad. de F. p. 10. sect. 14. n. 57.* Quæ regula quia nullam mutationem subiisse, hactenus ostensum, jure illi insistendum. *Vulg. l. 32.*
252. *Cod. de appell.* Deindè petitio Consilii sapientum in gratiam Judicum idiotarum inducta. *Marant. in spec. p. 6. in mater. appell. n. 8. & 9.* atqui hîc
253. non Judices idiotæ, sed tales sunt, quales jura requirunt, nim. juris scientia instructissimi & rerum usu peritissimi. Quocircâ meritò exulat missio actorum ad consilium sapientum, prout paucis abhinc annis in ardua causa in illustri judicio hæc
254 denegata. Tertiò unicus tantùm reperitur modus, in quo transmissio actorum cum consensu partium fieri potest, *Recess. Imp. de Anno 1520.* §. **in vnser Cammergerichts Ordnung.** Quod ergò

ergò liberæ volũtati relictum, in juris necessitatem cõtra rationem juris adstringeretur. Undè hoc casu Judices Austregarum non teneri ad consilium sapientis acta mittere expressè tradit Schrad. *d. p. 10. sect. 14. n. 62.* Et hæc sententia prævaluit in 255. causa Carlen von Borstel contra Herrn Ludwigen Fürsten von Anhalt/ Anno 1617. 26. Februar. non attentô, quicquid Dominus Reus contrà opposuerat, cujus sententiæ etiam Rosenthalius, cum hac de re eôdem Anno 27. Jan. consuleretur, fuit. Nec obstat, quod pro ratione dubit. 256. allatum, siquidem allegatus stilus & consuetudo in genere, quoad omnia judicia inferiora & superiora non est probata, & si qua est, solùm in inferioribus judiciis, quibus juriũ imperiti & indocti præesse & assidere solent, obtinet Quamvis im- 257. peritos judices esse non posse, nõ sine ratione cõtra Doctores contẽdat

Gilcken. in l. certi juris. Cod. de jud. n. 4. & seq. Schurff. consil. 28. n. 11. cent. 1. ubi expressè hoc ad judices rudes restringit. Schrad. *de F. d. p. 10. Sect. 14. n. 66.* quamvis nec imperitum judicem ad hoc teneri *Scal. d. lib. 1. c. 26. Menoch. A. I. Q. lib. 1. quæst. 23. n. 9. & 10.* statuant. *Vide Schrad. d. l. n. 79. ubi quasdam limitationes tradit.*



Caput


Caput VII.

De Reconventione, prorogatione Iurisdictionis, & litis denunciatione, an & quatenus locum habeant in Austregis.

Summaria.

1. *Finis Austregarum.*
2. *Effectus Austregarum.*
3. *In quibus reconventio locum non habet.*
4. *An in secundo modo locum habeat reconventio.*
5. *Relati natura, ut omnes relati qualitates secum trahat.*
6. *Quod per relationem fit, idem est ac si exprimatur expresse.*
7. *Expl.* §. So dann die Parthenen. *tit. 4. part. 2. Ord. Cam.*
8. *De prorogatione Jurisdictionis Judicum Austregarum omnes non idem sentiunt.*
9. *Jurisdictio Austregarum, quia delegata, ideò prorogari nequit. refutat. n. 22.*
10. *Jurisdictio Austregarum Judicum ex singulari gratia concessa. declar. n. 22.*
11. *Jurisdictio Austregarum prorogari potest.*
12. *Jurisdictio ordinaria prorogari potest. declarat n. 21.*
13. *Jurisdictio etiam delegata prorogari potest.*
14. *Jurisdictio in genere prorogari potest. adde n. 24*

15. *Effectus generalis dispositionis.*
16. *Jurisdictionis Austregarum prorogatio de tempore ad tempus.*
17. *Jurisdictionis prorogatio de tempore ad tempus an proprie sic dicatur. adde. n. 18.*
19. *Opinio Vasquii affertur & reprobatur.*
20. *An sit prorogatio, si defuncti Judicis successor aditur?*
25. *Abrogatio juris communis non praesumenda.*
26. *Hodie jurisdictiones sunt patrimoniales.*
27. *Hodie rarissime jurisdictio prorogatur. decl. n. 29. & 31.*
28. Gastrecht *quodnam appellatur.*
30. *Causa limitata limitatum producit effectum.*
32. *Denunciatio litis locum habet in Austregis.*



Judi-

IUdicia hæc Austregarum, quæ, ne subditi melioris cōditionis quàm status & domini eorum, introducta, uti ex suprà traditis constat, non imminuunt Imp. jurisdictionem, haut secus ac aliæ concessiones jurisdictionum, quas Imp. statibus fecit, ejusdem sunt effectus ac alia judicia ordinaria, in iisq; reconventio, prorogatio, & litis denunciatio admittitur, executioq; à judicibus eorundem fieri potest. Quod reconventionē attinet, illud minus habet dubii, cum certi modi sint excepti, in quibus reconvētio denegatur, §. Dieselben neun Räthe. & §. so dann die Partheyen *d. tit. 4. p. 2. Ord. Cam. ubi inf. d.* §. so dann. expressè in reliquis modis reconventioni locus datur. Frustrà ergò hoc in casu diss. *Schrad. ad l. cū Papiniano Cod. de sent. n. 9.* An verò & in modo secundo *d. tit. 4.* locum habet reconvētio, ita putat Schvvan, *1. de proc.*

c. 2. n.

c.2.n.14. per §.so dañ die Parteyẽ *in fin. tit. 4. p. 2. Ord. Cam.* ibi subjungens, tamen disputari hoc posse. Verùm contra videtur idem de hoc modo, quod de primo disponitur, dicendum, cum eadem utrobiq; ratio, & expressè in §. zum andern/relatio fiat ad modum præcedentem primum:
5. atqui relationis ea est natura, ut omnes relati qualitates secum trahat. *l.3. §. filius autem de lib. & post. l. talis scriptura in f. l. si tibi purè de leg.* 1. *l. Aurelius. §. testator. de lib. legit. l. f. ib. Br. de reb. dub. Vult. cons. M.* 15. *n.* 21. *vol.* 1. *Gadd. cons. M. 24. n.* 11. *d. vol.* 1. *Cothm. resp. 9. n.* 120. *vol.* 1. & quod
6. per relationem ad aliud fit, idem est, ac si nominatim & specificè expressum. *arg. l. jubemus. 29. Cod. de testam. l. institutio.* 10. *de* [illegible]*dit. inst. Glock. de jur. vectigal. conclus. 84. L. C.*
7. Non obstat d. §. 8. So dann die Parteyen/ quem Schvvanm. pro sua opinione adducit, nam si omnes reconven-

ventionem admittunt præter eos, qui mihi excipiuntur, ut putat Schvvanm. ſequitur quòd & in primo modo reconventio contineatur: aſt hoc eſt falſum. *p. d.* §. **dieſelben neun Räthe**; Ergò & illud. Duo ergò poſtremi modi in *d.* §. **ſo dann die Parteyen** excipiuntur, non ut excludatur primus & ſecundus, qui idem cum primo, niſi quòd tantùm in numero Conſiliariorum reſideat differentia. De prorogatione non 8.
omnes idem. **Engelbrecht** *de juriſdict. concluſ.* 31. M. Steph. *in Synoph. juriſdict. c.* 5. *memb.* 7. §. *huic conſequens.* Bocer. *de juriſdict. c.* 7. *n.* 26. Vult. *ad l.* 1. *n.* 85. *& ſeq. Cod. de juriſdict.* Umm. *diſp.* 4. *ad proceſſ. n.* 93. *inf.* prorogationi locum non eſſe docent, quia
primò juriſdictio Auſtregarum eſt 9.
delegata, ergò prorogari nequit. *Vult. d. n.* 85. Secundò juriſdictio
Auſtregarum ex ſingulari gratia 10.
ſtatibus imperii conceſſa, undè ſi

pro-

prorogationem admittamus, id, si non contra, saltem præter Imp. & reliquorũ statuum imperii intentioné
11. faciamus. *Umm. d. l.* Contrà M. Steph. sibiipsi contrarius *l. 2 p. 1. c. 3. m. 3. n. 49 de jurisdict.* scribit etiam Austregarũ Judicum jurisdictionem prorogabilem esse, quem sequor, nam suprà dictum jurisdictionem hanc esse ordinariam, *uti & Bocer. ipse hoc fatetur*, ast
12. talem prorogabilem esse, nemo est qui dubitet l. 1. ub. Doctores de jurisdict. & l. 2. ubi it. Doctores d. t. Bocer. de Jur. & commod. senior. lib. 1. c.
13. 3. n. 34. ubi post alios, etiam delegatam jurisdictionem prorogabilem esse dicit, *& jurisdict. c. 7. n. 20.*
14. *& seq.* facit quod in genere jurisdictio prorogari dicitur. *in l. 1. de jud.*
15. generalis autem dispositio ad singulas species & casus se extendit, nec ad certos tantũ se coarctare patitur.
16. Deinde Vulteius ipse *d. l. n. 86.* prorogationem de tempore ad tempus admit-

admittit, & sic usu servari confirmat. Et licèt Hillius *ad c. 10. lib. 12. Donell. lit. P.* hanc non veram & propriam prorogationem esse contendat, tamen rationem concludentem non adducit: certè si ad tempus habent jurisdictionem nostri judices, eô lapsô, nullum habebunt, sed expirabit, quæ tamen ante effluxum temporis à partibus prorogari potest. *l. consensisse. 2. §. si & judex. 2. de judic.* nec moror quod Vasquius *2. controvers. us. forens. c. 14. n. 17. & alii adferunt*, cum ipsis d. l. 2. §. 2. satis respondeat.

17. 18. 19.

Sic Mindanus *d. lib. 1. c. 16. m. 3. n. 10.* prorogationem in eo casu admittit, quo defuncti judicis successor à partibus aditur, ut cõtinuet processum, &c. licèt non prorogatio, sed nova electio & delatio sit nominanda. Ita referens in causa G. von J. contra Herrn F. H. zu S. L. uti habetur in 20.

voto

voto, quod refert Rul. *in Thesaru. jur. emphyt. vol. 8. n. 11.* Austregarum jurisdictionem prorogari posse adstruit.
21. Hoc tamen monendum, quod, quando dicitur jurisdictionem hanc esse prorogabilem, id cum grano salis secundum habilitatem subjecti, & terminorum aptitudinem, quæ in prorogatione aliâs requiruntur, acceptandum. Non obstaculo sunt, quæ pro negativa
22. allata, nam prima ratio est falsa, ut pluribus ostensum, quæ imò Doctores delegati principis Jurisdictionem prorogari posse, volunt. Bocer. *d. c. 7. n. 18.* Umm. *d. l.* ast ut quidam sentiunt, nostri judices tales sunt.
23. Secunda vacillat, nam si ratio hæc firma, concluderem, quòd nec Rectoris universitatũ vel Academiarũ jurisdictio prorogari posset, quia ex singulari gratia hæc à Friderico Imp. *in auth. habita. Cod. ne fil. pro patre* cujus tamen jurisdictionem prorogabi-

rabilem esse, ipse Ummius *d. n. 93. in princ.* tradit. Nec satis assequor, quando hoc si non contra, tamen præter mentem & intentionem Imp. & statuum fiat; nisi hoc ipsum in omni prorogatione statuere velis, quod absurdum, imò cum de jure 24. communi certissimum, jurisdictionem in genere omnem prorogari l. 1. de jud. & hoc in nostro casu ab 25. Imp. & statibus non immutatum, stare malim illi, quàm in contrà sentientium transire opinionem, cum non præsumendum, Imp. & status in dubio jus commune abrogare velle. *l. 35. & ib. Doctores Cod. de inoffic. test.*

Dicat verò quis hanc disceptationem esse inanem & supervacaneam, cum moribus hodiernis & jure 26. modernô jurisdictiones patrimoniales factæ, ideoq; prorogationes cessare: Magistratus siquidem subditis suis inhibent, & causas avo-

Caput IIX.

De Austregis Arbitrariis & Conventionalibus.

Summaria.

1. *Austregæ conventionales diversarum familiarum* gewillkührte Austräge.
2. *Austregæ Regni Bohemiæ & domus Saxoniæ.*
3. *Austregæ Domus Saxoniæ & Brandenburgicæ & Hassiacæ.*
4. *Austregæ Regni Bohemiæ & domus Brandenburgicæ.*
5. *Austregæ inter Reges Bohemiæ & duces Silesiæ.*
6. *Austregæ inter Ducem Pomeraniæ ejusq; ordines.*
7. *Concordata Electorum, aliorumq; Principum.*
8. *Utile est constituere judices fœderis.*
9. *Austregæ inter Comites VValdeccenses eorumq; subditos.*
10. Stam Austräg.
11. *Hodiè quælibet familia suas habet Austregas, quod etiam apud Nobiles frequens est.*
12. *Austregæ Domus Saxonicæ.*
13. *Austregæ Comitum de* Hohenloh.
14. *Austregæ castri Fridburgensis.*
15. *Austregæ civitatum liberarum Imperii.*
16. *Argentoratum quosnam habeat judices Austregales.*
17. *Judices Norimbergæ quinam?*
18. *Ratisbona quibus gaudeat judicibus Austregarum.*

19. *Eslin-*

19. Eslinga quosnam judices habet conventionales.
20. Quisnam sit judex Austregarum civitatis Dinckelspulæ.
21. Swinfurti judices quinam?
22. Reutlinga habet judices civitatis Eslingam & Gemündam Suevorum.
23. Judicium Parium Curiæ simile est Judicio Austregarum.
24. Arbitria non sunt dissona Austregis.
25. Modus Austregarum, de quo in §. vnd ob solche Recess. Imper. Anno 1555.

MAgnam affinitatem cum hisce nostris Austregis habent 1. arbitrariæ vel cōventionales Austregæ, quæ inter diversas familias constituuntur, vel etiam à superioribus cum inferioribus pleruniq; gewillkürte Außträg appellantur. Sic 2. cum inter Regnum Bohemiæ & inclutam domum Saxonicam Anno 1587. 24. Octobris Pragæ unio & confœderatio hæreditaria iniretur, certæ constitutæ sunt Austregæ §. vnd auff das solche. 13. *cum seq.* In con- 3. fœderatione domus Saxonicæ cum domo Brandenburgica & Hassiaca

cant, *Græven. ad Gail. concluſ. 40. lib. 1. n. 11. Paurmeiſt.* 1. *de jurisdict. 25. n. 42. Vult. d. l. n. 168. Bocer. d. c. 7. n. 49. M.*
27. *Steph. & Doctores comm.* unde rariſſima hodiè prorogatio, niſi inter perſonas extraneas in peregrinis locis, idq; jus jurisdictionis Monachus *tr.*
28. *de jurisdict. 6. c. 2. n 6.* ein Gaſtrecht appellitat. Verùm licèt jus prorogandæ jurisdictionis ſit hodiè reſtrictum, tamen hoc tantùm verum eſt
29. quoad ſubditos, nec ultra ad alios extenditur, uti præcitati Doctores omnes in eo caſu loquuntur: nam ubi jurisdictio, ceu cauſa, patrimonialis facta tantùm quoad ſubditos, ſic & effectus ejuſdem ad eos tan-
30. tùm dirigitur, & limitata cauſa effectum limitatum parit, manetq; ſic jus prorogandi in reliquis& conſequenter quoad ſtatus ipſos immutatum. Imò prædicta in ſubditis
31. eatenus tantùm obtinerent, quatenus ex proprii Magiſtratus diſtrictu ad

districtu ad alium evocari solent. Sic prorogationē admissam in causa Falckenstein contra die Gemeine zu Wallstein refert Rul. *de com. p. 4. lib. 7. c. 2. n. 7.* Litis denunciationem & in hisce judiciis fieri, forsan non dubium, & memini in causa A. contra S. M. litem denunciatam esse, quæ lis coram VV. utputa Austregarum Judice adhuc indecisa pendet. De executione nostrorum Judicum supr. cap. præced. dictum, ubi videre licet. 32.



cant, *Græven. ad Gail. concluſ. 40. lib.* 1. *n. 11. Paurmeiſt.* 1. *de jurisdict. 25. n. 42. Vult. d. l. n. 168. Bocer. d. c. 7. n. 49. M.*
27. *Steph. & Doctores comm.* unde rariſſima hodiè prorogatio, niſi inter perſonas extraneas in peregrinis locis, idq; jus jurisdictionis Monachus *tr. de jurisdict. 6. c. 2. n 6.* ein Gaſtrecht
28. appellitat. Verùm licèt jus prorogandæ jurisdictionis ſit hodiè reſtrictum, tamen hoc tantùm verum eſt
29. quoad ſubditos, nec ultra ad alios extenditur, uti præcitati Doctores omnes in eo caſu loquuntur: nam ubi jurisdictio, ceu cauſa, patrimonialis facta tantùm quoad ſubditos, ſic & effectus ejuſdem ad eos tan-
30. tùm dirigitur, & limitata cauſa effectum limitatum parit, manetq; ſic jus prorogandi in reliquis& conſequenter quoad ſtatus ipſos immutatum. Imò prædicta in ſubditis
31. eatenus tantùm obtinerent, quatenus ex proprii Magiſtratus diſtrictu ad

listrictu ad alium evocari solent, Sic prorogationẽ admissam in causa **Falckenstein** contra **die Gemeine zu Wallstein** refert Rul. *de com. p. 4. lib. 7. c. 2. n. 7.* Litis denunciationem & in hisce judiciis fieri, forsan non dubium, & memini in causa A. contra S. M. litem denunciatam esse, quæ lis coram VV. utputa Austregarum Judice adhuc indecisa pendet. De executione nostrorum Judicum supr. cap. præced. dictum, ubi videre licet. 32.



cant, *Græven. ad Gail. conclus. 40. lib. 1. n. 11, Paurmeist. 1. de jurisdict. 25. n. 42, Vult. d. l. n. 168. Bocer. d. c. 7. n. 49. M.*
27. *Steph. & Doctores comm.* unde rarissima hodiè prorogatio, nisi inter personas extraneas in peregrinis locis, idq; jus jurisdictionis Monachus *tr.*
28. *de jurisdict. 6. c. 2. n 6.* ein Gastrecht appellitat. Verùm licèt jus prorogandæ jurisdictionis sit hodiè restrictum, tamen hoc tantùm verum est
29. quoad subditos, nec ultra ad alios extenditur, uti præcitati Doctores omnes in eo casu loquuntur: nam ubi jurisdictio, ceu causa, patrimonialis facta tantùm quoad subditos, sic & effectus ejusdem ad eos tan-
30. tùm dirigitur, & limitata causa effectum limitatum parit, manetq; sic jus prorogandi in reliquis & consequenter quoad status ipsos immutatum. Imò prædicta in subditis
31. eatenus tantùm obtinerent, quatenus ex proprii Magistratus districtu

ad

75. An verò verba **vier Wochen** in §. **darauff**. tit. 2. p. 2. Ord. Cam. æquipollent mensi, de quo in §. **erstlich**. tit. 3. d. p. 2. Si res judicanda secundum opinationem cujusdam Advocati (quem nominari nolo, qui in qua-

quadam causa, in qua partibus de mense ad mensem procedere per decretum injunctum, mensem quatuor septimanas vel 28. dies nec plures continere expressè adstruxit, dum dixit **binnẽ Monatsfrist / zu verstehen in vier Wochen / also in 28. Tagen / Item worbey Gegentheil zu gedencken / daß sie den Monat nicht uber 28. Tage biß in die fünffte Wochen verstrecke /** & ne ex suo cerebello hanc opinionem extruxisse videretur, adduxit ad eum comprobationem Tiraq. *in l. 8. verb. susceperit. Cod. de rev. don. n. 208. Alb. Gentil. de var. temp. appell. c. 4. Menoch. Arb. l. Q. cas. 50. n. 18.* quod tempus etiam in passu legis Commissariæ & temporaneæ præscriptionis. arg. l. 2. in f. de divers. tẽp. præscript. junctâ l. 2. §. 3. pro erut. l. 7. de L. Cõmiss. Cui communis usus vulgi, qui 76.
mensem quatuor septimanas quandoq; pro uno eodemq; accipiunt,

suf-

ſuffragari videtur) adfirmandum erit, maximè cum inter quatuor ſeptimanas & menſes parum interſit, modica autem non curet prætor.

77. Verùm verba d. §. **darauff.** prout jacent & ſonant, intelligenda eſſe, quivis videt, qui aliud quatuor ſeptimananas, aliud menſem eſſe noverit, quod & verba, **in vierzehen Tagen/** quod dimidium tempus quatuor ſeptimanarum eſt. d. §. **darauff.** ſatis probant. Et ſi tempus in d. §. **darauff.** idem cum tempore in §. **erſtlich.** tit. 3. d. p. 2. eſſet, faciliùs Imp in d. §. **darauff.** vocab. unico menſis, quàm duobus verbis id expreſſiſſet, in d. §. **erſtlich** factum.

Quod verò ex Tiraq. Gentil. & Menoch. pro contraria opinione, quaſi menſis & quatuor ſeptimanæ reciprocentur, adductum, id falſiſſimũ, ita enim Tiraq. *in d. l. ſi unquam 8. verb. ſuſceperit liberos. n. 208.* ſcribit: Medici conſtituunt menſem ex 30. die-

diebus, ut videre licet apud Gale- 78.
num lib. de Crisib. 2. cap. 2. & ite-
rum lib. Terapeut. 10. statim post
princ. & id quoq; nostræ LL. con- 79.
firmant. *l. si maritus. §. hæc in maritis. l. miles §. sexaginta. de adult. Auth. jubemus. Cod. de judic. & in §. sed & hoc in auth. ut cum de appell. cog. cum concord. text. & Doctor. à me congestis in nostris Commentarius consuetudini Pictor. tit. 1. §. 12. in cons. 2.* nec id quidem abs re,
nam tot diebus cum luna tardissimè 80.
à coitu solis, quod interlunium dicitur, remoratur, ad suas vices redit, cursumq; conficit. Alb. Genit. d. t. plures refert opiniones, inter quas ne ulla est, quæ mensem 28. dierum constituat, ipse fol. 40. transit post plura adducta argumenta cum communi, nempè mensem esse, 30. dierum: sic Menoch. in allegato casu 50. varios casus refert, nec tamen in ullo statuit mensem esse 28. dierum, sic d. l. 2. de divers. temp. præscript.

ſcript. l. 2. §. 3. pro empt & l. 7. de L. Comm. οὐδὲν πρὸς ἔπος, ſiquidem ne minimum in iis invenire licet; quod menſem 28. dierum eſſe arguat. Taceo hanc computationem magnam abſurditatem implicare; dum indè annum plures quàm 12. menſes vel tantùm 336. dies continere ſequeretur.

81. Remanet ergò aliud eſſe quatuor ſeptimanas vel 28. dies, & aliud menſem, qui communiter 30. eſt dierum *ord. Cam. p. 2. t. 30* §. **vnd ſollen** & ita decretum eſt *Anno 1579. Bard. de temp. utili & contin. c 2. n 2. f. 8. Denaiſ. in jur. Cam. tit. 33. n. 5. Rul. de com. p. 1. l. 2. c 7. n. 8. Roding. pand. Cam. lib. 1. tit. 27. §. 3. VVurmbſ. tit. 50. obſ. 5. Schrad. ad l. f. § ſin autem 2. Cod. de jur. de lib. n. 2. Hillius ad Don. lib. 27. c. 4. lit. C.* ubi dicit licet variè, vari definiant menſem, tamen 30. diebus conſtare verius & receptius eſſe & in

82. omnibus menſium præſcriptionibus vel

vel terminis, sive ab homine sive à lege, cum vel sine ministerio Judicis constitutis, adeoq; quoties in jure communi Imp. constitutionibus, statuis vel L L. municipalibus, ultimis voluntatibus aut contractibus, mensis unius vel plurium fit mentio, toties in singulos menses regulariter 30. dies computandos esse, nisi aliud disertè cautum, expressum vel conventum reperiatur, plurium Doct. auctoritatibus & fundamentis probat Rauchb. *pr.* 2. *quæstione* 24. *à n.* 16. ubi hanc sententiam Theoricæ & practicæ veritati magis consentaneũ esse dicit. *Myns.* 6. *obs.* 40. *f. Joh. Rudinus. singul. obs. cent.* 3. *obs.* 66. *& P. Matth. VVehn. obs. pract. de V. S. lit. M. vocab.* Monat. qui 83.
expressè testantur ex comuni Germaniæ consuetudine in mensem 30. dies cõputari, & hoc etiã in vello observari VVehner. d. l. tradit. Et licet 84.
quãdo annus bisextilis est, februar. 28 dies

dies habeat, tamẽ exindè ad id, quod communiter fit & receptum, non argumentari licet. *Gentil. d. l. & Rauchb. n. 30. & Menoch. n. 22.* & nihilominus licet terminus in illo menſe datus
85. 30. erit dierum, per ſuprâ trad. Undè apparet, in modò d. §. **darauff.** præciſ. quatuor ſeptimanas, aſt. in. §. **erſtlich** menſem, qui 30. dierum, requiri, quod tempus ſi non obſervetur, tunc reum actori in Camera vel au-
86. la Cæſ. reſpondere teneri. Quæritur autem, ſi reus conventus nolit ordinationi ſatisfacere, annè tunc nolens volens actor Cameram vel Imp. adire teneatur? Videbatur quod ſic: nam ſecundum pervulgatum; quilibet favori pro ſe introducto renunciare poteſt. *l. pen. Cod. de pact.* atqui in favorem Rei introductum, ne ſtatim in Camera conveniri potuerit, ſed ipſi beneficium primæ inſtantiæ ſit, quô cauſam meliùs deducere potuerit, maximè cum

cum actor ſemper paratus ad agendum veniat, reus verô inopinatò conventus reſpondere neceſſum habeat,& quòd Auſtregæ Reorum cauſâ inductæ videtur, ex eo conſtare, quòd cum perſonæ ſecundi ordinis conquererentur, ſe non poſſe ad facilem & felicem expeditionem litium pervenire, ſi tantùm unicus modus ipſis eſſet conveniendi Principes, alii modi in eorum ut actorum gratiam ſuperadditi; undè colligitur, in reliquis concernere tantùm favorem Reorum, quia fatuus actor ſit, qui jus ſuum liquidum pluribus inſtantiis protrahi vellet, Coler. de proceſs. Exec. part. 3. cap. 5. n. 34. Deindè notiſſimum, & Auſtregas præſcriptionem fori inducere, præſcriptio autem fori tantùm quoad reum non actorem obtinet. Verùm hiſce non obſtantibus verius: nam beneficium Auſtregarum introductum, ne ſtatus deterioris conditio- 87.

nis quàm ſubditi, qui pluribus ga
dent inſtantiis, quod non tantùm
reis, ſed & actoribus locum habe
ita ut quæ in prima inſtantia per i
juriam rejecta, in ſecunda inſta
88. tia reparare queant. Et ſic non
obſtant priùs adducta, imò qu
alii modi in gratiam ſecundi ordi
perſonarum introducti, quo Pri
cipes convenire poſſunt, ex eo co
cluditur, Auſtregas utriusq; par
tàm reæ, quàm agentis favorem ſp
ctare, & ſi non æquè in gratiam act
ris introductæ, fruſtrà ſecundi ord
nis perſonę ſollicitaſſent, ut alii m
di ſuperinducerentur, cum ſi mo
in d. § **erſtlich** d. tit. 4. à reo non
ſatisfactum, ſtatim reum ad aula
Imp. vel Cameram deferre pot
iſſent.

89. Quomodo verò probatur, reu
ordinationi non ſatisfeciſſe, ut pr
ceſſus in Camera extrahi potu
rin

rint? Per Notarium & testes requi- 90.
sitionis scriptura communiter insinuatur, qui desuper instrumentum, (instrumentũ hoc in perga- 91.
mento non charta scriptum esse debet. *Rul. de com. p. 2. lib. 5. c. 7. lit. D.* ubi tamen in causa **C. von Friensee** contra **Hans von Rehberg.** 24. Octob. Anno 1572. observatum dicit. Nam omnia instrumenta Notariorum in membrana conscribenda secundùm constit. Maxim. I. de Anno 1521. Quod quidem eò extendere volunt, ut putent etiam privilegia ab Imp. concessa in membrana conscribenda, aliâs processus ad videndum se incidisse in pœnam violati privilegii denegandos esse, uti factum dicunt in causa **Stiffts-Herrn zu S. Blasij in B.** contra **Jobs Friesen** & consortes Anno 91. Quãvis alii hanc causã denegationis subfuisse opinentur, quod instrumẽtum privilegii transumti fuit tantũ

 pa-

papyraceum. *Auth. decis. seu prajud. Camer. verb. privilegium. vers. notaf. 273. Rul. de com. p. 4. lib. 2. c. 4. n. 25.* quod verisimilius facit, quô postmodùm in Camera productô processus decernuntur *Rosenth. de F. c. 12. conclus. 4. n. 64.* vel si per Notari-
92. um non insinuata, petitur à reo ad transmissas literas requisitionis, Recepisse, quo obtento copia scripturæ requisitionis reo transmissa unà cum Recepisse in Camera exhibetur, & processus decerni solent. *Rul. ad c. 3. proceß. judic. Johann. Ferrar. Mont.*

93. Non creditur autem in hoc casu nuncio, licèt vel juratus Cameræ sit; cum hunc casum juramentum ipsorum, quod tantùm Cameræ processus concernit, non comprehendat; quod & Lentio placet. d. l. Thes. ubi se ita observatum fuisse nosse dicit.

94. Et illud ex eo, cum juramentum ipsius tantùm Cameræ processus & cau-

caufas concernat, Ord. Cam. p. 1. tit. 84. nec ultrà extendatur, cum juramentum fit ftrictæ interpretationis, nullamq; extenfionem admittat. Quæ opinio etiam Lentio d. l. Thef. placet, ubi ita obfervatum fuiffe fe meminiffe addit. Quæ 95.
fententia & exindè fulcitur, quòd nuncio jurato non credatur, quando perfona, cui proceffus infinuati dicuntur, fide digna *Anton. Gabriel. com. fent. lib. 2. tit. de citat. concluf. 4. n. 8. Græven. ad Gail. concluf. 54. confid. 1. n. 3.* aft perfonæ, quæ Auftregis activè & paffivè fruuntur, non tantùm funt fide dignæ, fed etiam dignifſimæ & illuftres. Deindè nun- 96.
cii jurati relationi non habetur fides, quando magnum præjudicium partis concernat, *Gail. d. l. n. 6. Menoch. A. I. Q. caf. 112. n. 9. Græven. d. l. n. 5. ubi n. feq. ex Menochio d. l. n. 9. & Mafc. de prob. concluf. 1119. n. 9. tradit,* nec foli curfori Papæ vel alterius

principis credi: Magnũ autem præjudicium partis hoc casu inferri, si nuncii relationi credatur, extra dubium est, cum beneficio appellatio-
97. nis defraudetur. Alter modus, quo quis se indignum facit, est quando nim. delictum perpetravit, ob quod in bannum imperiale declaratus:
98. Bannitus etenim omnia jura & beneficia juris civilis, cujusmodi & Austregæ sunt, amittit. *Magenh. ad tit. 4. p. 2. obs. Cod.* §. 1. *ici* drey Churfürsten. ubi refert præjudicium Archiepiscopi Bremensis, qui in bannum declaratus non coram Austregis, sed in Camera conventus. *Myns. 1. obs. 9. Gail.* 1. *obs. 1. n. 38. Schvvanm. d. lib. 1. c. 6. n. 2. Mind. lib.* 1. *c. 20. n.* 1. *Zigl.* §. *Austregæ. conclus. 1. n. 63.* Quan-
99. do cum Reo privilegiato concurrit persona nec privilegiata, ob continentiã sumus omnium judex adeundus est; qui est aula Imp. vel Camera §. gleichermassen. *deput.* Absch. *de Anno 1600.*

1600. f. 758. qui posteà relatus in conceptione novæ ordin. Cam. sub *tit. 9. p. 2. rub.* welcher gestalt. *ob continentiã causa* die Außträg nicht statt haben sollẽ, *Mind d. lib. 1. c. 18. m. 5. n. 8. & lib. 3. c. 4. m. 6. n. 7.* ubi ita, cum de hoc quęreretur, ad resolutionẽ quarti senatus vigesimam Anno 1592. conclusum refert, *uti & videre est, annexis resolut. quæst. dub. Cam. Imp. c. 2. Gilman. t. 2. pr. 2. Symphor. f. 220. & seq.* & ita observatum in causa Comitis de Matcka cõtra Episcopũ Leodiensem & capitulũ Leodiẽse 23. Jun. Anno 84. & S. contra M. & communitatem Ober Wesel in Canicularibus Anno 87. Quenheimb contra administratorem & capitulũ des Stiffts Minden / & Comitem de Schauenburg. 15. Septembr. Anno 86. Hodiernis moribus cũ lites im̃ortales reddãtur maximè, si pluribus instantiis diventilẽtur nõ inutile erit, si actor eò intẽdat, ut causa statim cognitioni Cameræ submittatur, quod

quod facilè videtur posse fieri, si cõtinentiam personarũ vel causarum excogitet, exempli gratiâ: quando Episcopus conveniendus requiri potest. Capitulum num idem sentiat cum Episcopo & rati habeat, quæ ille egit, &c. si sentiunt, quod sic, tunc statim ex connexitate causæ & personæ Camera adiri potest. Sic quando Princeps actione pulsandus, videndum, quomodò cum eo consiliarii vel officiales conjungendi in actione, quod facilè contingi potest, si, ut quandoq; sit, incautè proceditur.

101. Quod tamen cum hac moderatione intelligendum, si concurrens persona proprium suum speciale, certumq; interesse in illa causa communi prætendat, secus si res privilegiatum ejusq; utilitatem & jus πρώτως & κυρίως primariò & propriè concernat, concurrensq; propterea tantùm jungatur, quòd causæ negotio-

gotiové interfuerit, jussuvè privilegiati hoc vel illud fecerit. *Mind. & Gilm. d d. ll. Scip.* 1. *decis. Cam.* 81. *Vmm. disp.* 4. *n.* 20. *Schvvanm. obs. Cam. decis.* 24. *ubi præjudicia videre potes.* Idem
est, si cum privilegiato privilegiatus 102.
concurrat, quilibet tamen suas peculiares Austregas habeat, puta quãdo Princeps & Comes concurrunt, nam hi diversis gaudent Austregis, vel unus privilegiatas, alter respectu actoris conventionales habeat Austregas, &c. *Deput.* **Abschied** *Anno* 1600. §. **bey unserm Cammergericht** *f.* 758. *& in concept. nov. Ord. Cam. tit.*
9. *p.* 2. *in pr.* quod tamen itidem li- 103.
mitandum, si partes de judice certo inter se convenire non possent, quia cum modus in tit. 9. vers. **oder sol der Churfürst.** p. 2. Ord. Cam. secundùm quem secundi ordinis personæ ab hisce, quæ in primo ordine sunt, conveniuntur, & ille in §. **zum dritten**/tit. 4. d. p. 2. juxta quem secun-

di ordinis personæ primas personas conveniunt, idem, excepto numero denominandorum Principum, cum illo, qui habetur in tit. 2. secundum quem Principes se invicem conveniunt, ideoq; facilè, si partes velint, judex & hoc in casu denominari & eligi potest.

104 Quod verò hoc & in eo casu procedere putant, quando plures æquè privilegiati utputa quando Principes, qui æquales habent Austregas, unâ actione pulsandi, uti vult Mind. *d. lib.* 3. *c.* 4. *m.* 7. *n.* 8. Gilm. *d. l. f.* 210. Scip. 1. *decis. Cam.* 66. *&*
105. Schvvan. *decis.* 22. eò quòd continentia causæ non tantùm in favorē reorum, sed actorum, imò publicæ utilitatis pro litibus abbreviandis introductæ, nescio an illa opinio verbis d. §. **bey unsern Cammergericht** amica? Nam in d. §. expressa fit mentio peculiariũ Austregarũ, quod de illis qui æquales habent, nõ sed in casu

casu præcedenti verificari potest; 106
deindè maxima in nostra materia, non est minima, non defraudandas esse Austregas, quod certè fieret, si contraria opinio vera: certè quãdiu 107.
modus super est, secũdũ quẽ plures æquè privilegiati correi conveniri possũt, tamdiu Austregas observãdas nec prætereundas esse existimo: an-
non quando primi ordinę personæ à 108.
Comite, vel alio inferiore conveniendi, Cõmissarius ab Imp. ratione omniũ correorum secundum modũ quartum *d. tit. 4.* impetrari potest?
annõ itidẽ si Comes plures sui ordi- 109.
nis convenire intendat, æquè Commiss. petere ab Imp. potest, secundũ
modum, tit. 5. d. p. 2. Ord. Cam. annõ 110.
idẽ Princeps, si secundi ordinis plures personas convenire velit, juxta tit. 3. d. p. 2. Ord. Cam. facere poterit?
omnino, imò si Inferior Principes 111.
coram suis Consiliariis secundum modũ. 1. 2. 7. & 8. cõvenire velit, eadẽ facilitate id poterit, quâ Comites

Schvvartzburgenses Augustum & Johannem VVilhelmum Saxon. Duces, coram ipsorum Consiliariis Anno 70. convenêre, cujus exempli Mind. Gilm. & Schvvanm. *dd. ll.* facit mentionem, ubi obiter notandum, malè & corrupte pro **Schwartzburg** poni **Schaumburg.** Non movet ratio à Gilmanno & Mindano
112. adducta, siquidem continentia ita attendenda, ne privilegio Austregarum, quoad fieri potest, nullum
113. præjudicium adferatur. Hic quæri video, quomodò verb. d. §. **bey unsern Cammergericht.** intelligendum, an actor & rei, an verò tantùm rei sub eo veniant & contineantur? In qua quæstione decidenda lubet adponere, quod H. Pistoris JCtus nobilissimus, cum ab Illustrissimo Administratore Electoratus Saxon. Friderico VVilhelmo felicissimæ recordationis hac de re consuleretur, sub dato **Seuselitz** 29. Mart. An. 1607. scrip-

scripsit: Diese Wort sind was dunckel vnnd zweiffelhafftig/ denn wann hierunter auch die Kläger mit gemeinet seyn solten/ würden sich dieselben mit 114.
dem Beklagten nicht leichtlichen eines Richters vergleichen/ vnnd derowegen jhnen allweg freystehen/durch diß Mittel die Sachen alsbald am Cammergericht anhängig zu machen / vnnd die Stände des beneficii der Außträg zu 115.
priviren; do aber vnter dem Wort Partheyen/ allein die Beklagten zu verstehen/ stünde gleichwol bey jhnen/ daß sie sich auff vorhergehende requisition mit einander eines endlichen vñ gewissen Richters vergliechen/ vnd dadurch das beneficium der Außträg salvum & integrum behielten / vnnd weil denn dieses an jhme selbsten der Ordnung vnd den Rechten gemäß/ do hiergegen durch die andere deutung die Außträg gar würden eludiret werden / solte es billich dieser letztener meinung nach verstanden werden.

Quod

116. Quod multò magis obtinet, si plures ejusdem familiæ conveniendi; nam & hoc casu Austregis locum esse puto, licèt Schvvanman. *lib.* 1. *c.* 4. *m.* 8. *de process.* Mind. *c.* 18. *m.* 5. *n.* 8. *lib.* 1. quem Ummius d. disp. 4. n. 44. malè allegat, ac si statuat hoc casu Austregis locum, nam quamvis *d. l.* exemplũ Comitũ Schvvartzburgicorum actorum contra Augustum & Johannem VVilhelmum Duces Sax. reos alleget, tamen *c.* 4. *m.* 7. *n.* 8. *lib.* 3 casum hunc huc trahi non posse dicit, addens exemplum, hoc potiùs ex voluntate agentium, quàm legis necessitate niti, & alii dis.

117. siquidem pro hac opinione extat præjudicium in selectis sententiis Satleri *de Anno* 44. *n.* 11. & ex ipso Gilm. & Mind. *d. c.* 4. *n.* 8. *lib.* 3. *d. l. f.* 210. constat, Camerales in hac re non concordes esse; item si

118. omnes ejusdem familiæ conveniendi, & forsan actor processus in Camera

mera extraxerit, ut disputatio de pluralitate consortium, & continentia causæ evitetur, consultius est, ut exceptio declinatoriæ fori sub nomine totius familiæ exhibeatur, uti N. N. D. S. ad N. N. D. S. ex consilio H. P. scripsit, **Wir erinnern wolmeinlich vnd liessen vns gefallen / daß die verfaste** exception **in gesambten Hauß N. Namen vnter einem** product, **durch vnsere** procuratores **am füglichsten vnd sichersten könten eingegeben werden/damit** propter pluralitatem consortium litis, & ne causæ continentia dividatur, **des Cammergerichts** jurisdiction **in gegenwertigen Fall nicht** fundiret, **vnnd vns das** beneficium **der Austräg vnter solchem** prætextu **abgeschnitten werden möge / inmassen wir vns aus der** citation **berichten vnnd bedüncken lassen / daß eben vnter diesem Schein vnd** propter diversitatem personarum **klagende Grafen den** Process

proceſs am Käyſerlichen Cammergericht erlangt / wir werden auch nicht anders berichtet / dann daß Anno 44. den 11. Januar. in ebenmäſſigem Fall ein præjudicium zu Speyer ergangẽ / do weniger nicht in caſu prætenſæ continentiæ perſonarum erkant vnd außgeſprochen / daß alles Fürbringens vnd Begehrens vngeachtet nochmal vermög des Reichs Ordnung zu Wormbs Anno 21. auffgerichtet / alle Spruch vnd Forderung den Außträgen gemeß fürgenommen werden ſollen / etc.

119. Ratione utriusq; tàm actoris quã rei ceſſant Auſtregæ, quando Auſtregas inter ſe conventionales & arbitrarias habent, hoc etenim caſu hæ præferendæ ſunt illis *princ. tit. 2. p. 2. Ord. Cam.* denn die gemeine Reichs Außträg / uti reſcripſit Imp. ad Electorem Palatinum 28. Jun. Anno 1578. in cauſa Georg Hanſen Pfaltzgrafen contra Churpfaltz & conſor-

tes,

tes, die sondere Erbeinigung vnd Verträgen / so die Stände vntereinander haben/nicht auffheben. Mind. *d. lib. 1. c. 19. n. 2.* Umm. disp. 4. n. 4.

Quid, si quis Austregas arbitrarias vel conventionales habeat, & nihilominus conventus viam quandam Austregarum privilegiatarum eligeret, puta, aliquot Principes actori nominaret cum protestatione de non consentiendo, neq; prorogando, nisi quatenus & in quantum de jure teneretur, an ad modum hunc præcisè hoc facto sese obligat, ut fori declinatoriam, postea ratione Austregarum conventionalium non opponere, neq; ad eas provocare possit? Pro adfirm. prima fronte facere videtur, reum cum semel factum protestationi contrarium elegerit, ei postea contra venire, & ad declinatoriam, cui per hoc factum renunciasse, intelligitur, redire non posse, maximè quòd talis pro- 121. 122.

testatio magis de consuetudine, quã
123. studio adjici soleat. Verùm negativa
verior judicata in causa Adolphi
Ducis Holsatiæ & Capituli Hambur-
124. gensis, hujus actoris, illius rei: nam
protestatio semper jus protestantis
salvum & illæsum servat. *l. si debitor*
125. *quib. mod. pignus solv.* animum ab actu,
qui fit, tollit, ac removet. *l. at si quis.*
126. §. *plerìq. de relig. & sumt. fun.* ita ut
quod post fit, censeatur non alio a-
nimo factum, quàm de quo prote-
statum. *l. qui in aliena.* §. *Cel. ubi Do-*
ctores de acquir. hæred. M. Pist. conf. 12.
127. *n. 18. & 68. v.* 1. mensq; & protestan-
tis hoc in casu, se velle pati talem
judicem, nisi appareat de jure illum
non teneri, ut scilicet hoc modo su-
spicionem, quæ comm. de reis præ-
128. dicatur, nim. illorum esse in quarto
modo fugere, evitet, nec videatur
justitiam denegare, jurisq; cognitio
nem subterfugere. *consult. Saxon. lib.*
4. quæst. 4. Quid verò faciendum, quã-
do

do pars rea detrectet, uti Austregis 129.
conventionalibus, vel aliâs formæ iis præscriptæ non satisfaciat vel protrahat causam? Ad Austregas privilegiatas recurrendum esse tradit Nicol. Everh. Jun. *cons. 16. vol.* 1. ubi & addit, si personæ, quæ virtute pacti feuditarii, vel Austregarum judi- 130.
care debent, tales, coram quibus nō libenter quis litiget; tunc etiam ad judices ordinarios Austregarum deveniendum esse, quod tamen dubio propter §. **vnd sollen.** tit. 2. p. 2. Ord. Cam. non caret, nisi quis id tantùm ad privilegiatas non item conventionales astringere velit. Et cum hoc casu adhuc supersint actori Austregæ privilegiatæ, verius videtur iis eum uti teneri, cum ob denegatam vel protractam justitiam, tum demum Camera adeatur, si nullus judex intermedius supersit, *Gail. 1. obs. 28. n. 3. tit. 26. p. 2. obs. Cod. in princ.*

Capitis IX. pars 2.

In quibus Caussis Austregæ locum non habeant.

Summaria.

1. *In caussis fractæ pacis Religiosæ Austregæ locum haut inveniunt.*
2. *Requisita in extrahendis processibus caussarum fractæ limit. n. 3. pacis Religiosæ.*
4. *Judex in caussis fractæ pacis religiosæ non solum Camera sed & aula Imperatoris. adde n. 5.*
6. *In caussis fractæ pacis publicæ Austregæ non obstant, quo minus in Camera intendantur decl. n. 7. ampl. in clericis. n. 8.*
9. *Ex constitutione Imperii de pignoratione actu jus necesse non habet recurrere ad Austregas decl. n. 10. ubi etiam requisita remissive.*
12. *Austregæ facessunt in caussis arrestorum.*
13. *Cessant Austregæ in caussis, in quibus mandata sine clausula decernuntur.*
14. *Mandata sine clausula adversus quos decernātur.*
15. *Austregæ locum non habent in caussis litigiosæ possessionis.*
16. *Caussæ L. diffamari Austregas non admittunt decl. n. 17. 18. 19. 20. 21. & 22.*
23. *Beneficium L. si contendat de fidejuss.*
24. *Differentia inter L. diffamari D. L. si contendat. adde. n. 25.*
26. *In caussis executivis excluduntur Austregæ. decl. n. 27. & 28.*
29 *Mandata de solvendo quando decernuntur.*
30. *In caussis monitoriorum Austregis locus non est.*

31. Cau-

31. *Causæ fiscales non subjiciuntur Austregis.*
32. *Quænam sunt causæ fiscales.*
33. *Quando agitur ad relaxationem juramenti ad effectum agendi, Austregæ non vigent.*
34. *Ob continentiam causarum Austregæ vacant.*
35. *In causis privilegiorum Austregæ sua destituuntur autoritate.*
36. *In commissione ad perpetuam rei memoriam Austregarum judices non implorantur.*
37. *Quæ mero Judicis officio expediuntur ad Austregas non pertinent, ratio. n. 38.*
39. *Editio & communicatio actorum moram Austregarum respuant. adde. n. 42.*
40. *Quando mandata cum vel sine clausula de edendo decernuntur, dantur etiam simplices compulsoriales n. 41.*
43. *Reductio laudi, ad causas in quibus excluduntur Austregæ referuntur.*
44. *Judex Austregarum est ordinarius.*
45. *Quando gravantur subditi, locus non datur Austregis. limit. n. 46. & 48.*
47. *Hodiè in actus principum sine causæ cognitione mandata extrahuntur.*
49. *Causæ tutelares effugiunt Jurisdictionem Austregalem.*
50. *De alimentis idem dicitur.*

DEvenio nunc ad res, in quibus Austregæ locum non habere dicuntur. Primò causæ fractæ pacis religiosæ Austregas non agnoscunt: *Recess. Imp. de Anno* 1.

55. §. wir befehlen. *Gail. 1. obs. n. 3. & obs. 2. n. 1. Mind. lib. 1. c. 20. n. 1. Schvvan. lib. 1. c. 8. n. 1. & 2. de process. Denaif. in jur. Cam. t. 11. 163. n. 20. Syring. de P. R. conclus. 54. L. d.* Quamvis verò in §. vnd ob solche. d. Recess. de Anno 55. certus modus Austregarum constitutus, tamen ille, uti de certis tantùm causis & casibus constitutus, ita perperam ad alios casus extenditur.
2. Quæ requisita in extrahendis processibus causarum fractæ pacis religiosæ attendenda, apud dictos Autores videre licet.

3. Quod limitandum, quando status imperii qui Augustanæ Confessionis alium ejusdem confessionis coram Camera convenire velit, vel pontificius pontificium: nam hoc casu processus denegantur. *Aut. decis. fin. præjud. Camer. in verb. mandatum super constitutione Relig. §. quando turbans,* ubi sic scribit: quando

do turbans & turbatus in causa religionis sunt ejusdem religionis, aut quando neuter est veteris, processus non decernitur, & observatum in causa Rectoris zu Hambach contra Churpfaltz 23. Aug. Anno 65. Amberg contra Churpfaltz. ThumbCapitel zu Lübeck contra S. Jacobs Kirchen daselbsten. 13. Jun. Anno 85. Grafen Albrechten von Nassau contra Pfaltzgrafen Hansen zu Zweibrücken. Item in causa Ducum Pomeraniæ contra Duces Megapolitanos; Comitum Stolbergensium contra Principes Anhalt. Baden cõtra Churpfaltz / Landschafft der Obernpfaltz contra Churpfaltz / Gemmingische Vormündere contra Churpfaltz: addũt rationẽ, quòd cõstitutio pacis religiosę inter status utriusq; religionis veteris & Augustanę tantũ sit facta, undè meritò effectum tantum inter eosdem sortiatur. Quãvis mãdata & processus Augustanę confessionis ordinibus

contra Calviniſtas ex ſaluberrima constitutione pacis religionis decerni idem Gilm. *t.* 1. *pr.* 1. *tit. ſupplic.* 11. *f.* 196. *Symph.* ſcribat, uti 27. April. Anno 94. G. & conſortibus **von der Leyen** contra Johannem Com. Palat. Rheni citatio ad videndum ſe declarari in pœnas violatæ pacis religionis & mandatum de non offendendo Camera decrevit, quod præjudicium & ſingulare inibi notandum eſſe Gilmannus tradit.

Hoc addere libuit, pluribus retrò annis in Camera nullos proceſſus ſuper conſtitutione pacis religioſæ decretos, uti à pluribus Advocatis de procuratoribus Cameræ, qui diu Spiræ commorati, audivi. Quid cauſæ ſit, jam indagari non libet; interim quod per viam d. conſtitutionis denegatur, ex alia conſtitutione, oblique impetrari poteſt.

4. Quis verò Judex hiſce in cauſis? Et licèt non deſint, qui ſoli Cameræ cognitio-

gnitionem in hisce causis attribuāt, Inform. Donavvert. *f. 193.* Besold. *d. 1. disp. Pol. 8. Thes. 11. & de jurisdict. imper. Rom. quæst.* 12. Bernh. Bertram. *disp. de pac. Relig. Thes.* 113. *cum seq.* Autor des gründlichen Unterrichts von der in H. Röm. Reich entstandenen Frage / ob der Käyserliche Hoff-Rath mit dem Käyserl. Cammergericht concurrentem jurisdictionem habere Joh. Müller *disp. de pace relig. Thes.* 56. *& seq.* Cubach. *de constitut. religios. cap.* 11. *n.* 19. *& seq.* Tamen contrariam sententiam, qua concurrentia inter aulam Imp. & Cameram & in his causis statuitur, cum Relator Donavv. *f. 93.* Auctore der nothwendigen erinnerungē *ad Inform. Donavv. pr. 1. f. 128. 236. & seq.* ubi 20. argumentis sententiā suam confirmat. Heig. *p.* 1. *quæst.* 19. Paurm. *c. 5. n. 30. & seq. lib. 2. de jurisd.* Siring. *de P. Relig. conclus. 54. L. B.* ubi alios allegat, & latissimè hanc sententiam defendit, se- 5.

 qui

qui mallem, cum nullam hactenus rationem videre licuerit, quæ verè contrariam opinionem firmare potuerit.

6. Similes sunt secundò causæ fractæ pacis profanæ, Mich. *de jurisdict. conclus. 37. tit. 9. usq. ad tit 19. d. p. 2. Ord. Cam. Gail. 1. Obs. n. 2. & obs. 2. Mind. d. l. Schwanm. d. l. c. 14. n. 1. 2. Rodin. d. l. tit. 7. Denais. d. tit. 163. n. 3. ubi in seq. quæ causæ ad hasce fractæ pacis pertineant, annectit.* In-

7. telligendum autem vel limitandum hoc est, si actor in Camera, secus si coram ordinario & sic Austregis agere velit. §. vnd sol auch einen jeden. tit. 10. p. 2. Ord. Cam. Deput. Absch. Anno 1600. §. es würde

8. nicht weniger. Clerici quoq; possunt ordines imperii privilegiatis in Camera non obstãte hoc privilegio Austregarũ convenire casibus, in quib9 aliàs seculares agũt ad bannũ, modò ipsi nõ ad hoc, sed restitutioné agãt.

Scip.

Scip. Decis. Cam. 55. Quid observandū, ut processus hisce in causis decernātur, videri possunt modò citati Doctores, & maximè Gail. in eleganti suo de P. publ. tractatu. Tertiò si 9.
quis ex constitutione imperii de pignorationibus agere velit, non opus habet, ut recurrat ad Austregas. *d. p. 2. tit. 22. Gail.* 1. *obs.* 1. *n.* 6. *& obs* 8. *Mind. d. l. Schvvanm. c.* 12. *n.* 3. *& obs. Camer.* 25. *n.* 15, *d. lib.* 1. *Roding. d. l. tit.* 10. *Denais. d. l. n.* 14.

Notandum, licèt tàm punctus mā- 10.
dati, quàm citationis ad Cameram pertineat, tamē si in causa principali lis coram Austregis pēdeat, rectè exceptionem litis pendentiæ in puncto citationis objici & attendi, ut factum in causa Baumgärtner contra Weyern tertii mandati der Pfandung / *Scip.* 1. *decis. Camer.* 108. Requisita, quæ ad obtinendos processus, ex constitutione pignorationis necessaria, invenire licet apud

apud prædictos Doctores & Gailium de pignor. c. 3. quem & ad totam hanc materiam in d. tr. videre poteris.

11. Notes constitutionem pignorationis odiosam in præjudicium Austregarum & extra ordinarium, ideoq; restringendam esse. *D. S. in vot. in caus.* **Ebersteinische Ganerben** *contra Abb. Fuld. mandati & citat.* **auff die** constitutionem **der Pfandung** / & de non offendendo. *apud Gilm. t. 1. pr. 2. tit. 4. fol. 284. in Symph.*

12. Sic quartò, quando agitur ex constitutione de arrestis, Austregæ facessant. §. **wenn auch die** arresta. Recess. Imp. de Anno 70. Gail. d. obs. 1. n. 6. tr. de arrest. c. 11. n. 1. Mind. d. l. Schvvanm. d. l. & obs. Camer. 25. n. 15. c. 13. n. 1. & seq. Roding. tit. 11. Denais. d. l. n. 23. Mich. de jurisd. concl. 37.

Quintò causæ, in quibus mandata sine clausula **auff die vier Fäll.** decernun-

nuntur, Austregas cessare faciunt. *Gail. d. obs. 1. n. 5.* ubi dicit reum act. causarum immediatè ad Cameram pertinere debet *& obs. 13. Mind. d. l. & lib. 2. c. 11. Schvvanm. d. l. c. 7. & obs. Camer. 25. n. 16. & seqq. Roding. d. l. tit. 12. §. factorum autem p. 119. Denais. d. l. n. 15.*

Et hæc mandata non tantùm cōtra status, sed & status eorumq; officiales simul subditi decernuntur, uti factum in causa D. **Nordlinger** contra **Herrn Ernst Hundermarck / zu Geden / vnd Z. H. G. Stadthalter zu Durlach.** 15. April. Anno 99. quod notandum. *Mich. de jurisd. conclus. 37. l. F.* 14.

Sextò Austregæ locum non habent in causis litigiosæ possessionis secundum constitutionem imperii *tit. 21. d. p. 2. Gail. 1. obs. 1. n. 14. & obs. 5. Mind. d. l. c. 20. n. 1. Schvvanm. & obs. pract. 25. n. 14. c. 16. Roding. d. l. tit. 91. Denais. d. tit. 163. n. 13 Mich. de jurisd. concl. 37.* 15.

Septi-

16. Septimò causæ L. diffamari *ex tit. 25. d. p. 2. Ord. Cam.* Austregas non admittunt. *Gail. d. obs. 1. n. 15. & obs. 9. in pr. & obs. 13. in f. Mind. d. l. Schwvanm. c. 18. & obs. Camer. 25. n. 24. Roding. tit. 14. Denais. d. l. n. 17.* sci-
17. licet quoad punctum diffamationis, non verò causæ principalis, quæ ad Austregas spectat. *Gail. d. l. obs. 12. n. 1. Roding. d. tit. 14. §. observandum 8. Scip. 1. decis. 1. n. 6.* ita in causa VV. contra VV. punctus diffamationis in Camera discussus, & causa principalis coram judice Austregarum Magistro ordinis Teutonici ventilata. U-
18. bi verò punctus causę principalis discutiendus, ubi plures diffamatores? Hæc quæstio in causa G. F. M. B. contra creditores A. M. B. agitata, & uterq; punctus tàm diffamationis quàm causæ principalis in Camera discussus, cum omnis generis & ordinis Creditores fuerint, nec omnes habuerint die Austräg / deinde

de ne continentia causæ dividatur.
Verùm si res penitiùs perpendatur 19.
& ad stateram juris expendatur, videtur quidem in præcedenti causa rectè punctus diffamationis in Camera intentatus, sed malè punctus causæ principalis eò translatus, ut inde Principes, qui etiam creditores M. fuêre, non ineptè & citra rationem juris, exceptionem fori opposuerint, ut videre est ex Gilmanno *t. 1. pr. 1. tit. 9. n. 20.*

Nam continentia hic nulla fuit, 20.
sed quot debita & credita, tot peculiares actiones & causæ fuêre: nec sequitur, omnes creditores fuêre, ergò omnes ex eadem obligatione agere voluerunt, & sic con-
sequenter continentia adfuit: Si- 21.
quidem quando plures contra aliquem actiones ex eodem genere promanantes habent, non potest dici, quòd continentes illæ causæ sint, aliâs quando Titius Sejo

equum,

equum, Mævius eidem commodasset vestem, dicendum, quod hæ causæ essent connexæ, quod absonum: Imò prout quilibet Creditorum Alb. debitorem convenire potuit & debuit coram Austregis, ita & G. F. nam ratio diversitatis dari nequit, nec n. ex persona successoris mutatur obligatio, nec verum est, quòd quicunq; ad eundem finem agere volunt, coram eodem judice agere debent, nam aliâs omnis actio apud eundem judicem instituenda, cum quâlibet quis, quod sibi debetur, persequatur, *pr. I. de A.* quod absurdum: nec obstitit, quod quidam Creditores mediati, quidam immediati diversiq; ordinis, nam diffamatus G. F. respectu omnium, licèt non eodem modo, Austregas habuit. Sic Anno 1544. 14. Jan. relictis creditoribus C. von K. auff anlangen H. D. B. vnnd Ertzbischoffen zu N. Churfl. injunctum, daß in 3. Mona-

cen

ten jhr Spruch vnd Forderung laut des achten Wegs der Reichs Ordnung zu Wormbs Anno 1521. auffgerichtet fürbringen sollen.

Sed videtur hoc in casu Principes causam habuisse, cum hoc modo facilius id, quod ipsis debitum, consequi potuerint, & G. F. ut reus, ipso facto Austregis renunciavit. In reliquis causis respiciendum est ad id, quod suprà de diversis concurrentibus actoribus dictum.

22. Notandum tamen, non in omnibus diffamationibus prædicta procedere, sed quæ concernunt violationem pacis publicæ, injurias & consimiles, hoc est, quando diffamās diffamatione sua intendit aliquem non tantùm suspectum, sed & reum facere violatæ pacis, item quòd hoc vel illud delictum commiserit, vel ut textus loquitur, das lex diffamari sol am Cammergericht verstanden vnd gebraucht werden/ in Friedbrüchigen/

Hh Schmach

Schmach vnd andern dergleichen Sachen / ut hinc concludendum, ex aliis causis licèt de jure communi de iisdem ex L. diffam. agi possit, hoc non procedere, si quis in Camera agere velit, *Mynſ. cent. 5: obſ. 87. Gail. 1. obſ. 9. n 1. & ib. Græven. n. 1. & obſ. 10. n. 2. & ſeq.* quamvis quidam hodiè contra verba ordinationis & mentem Imp. & statuum verè ad quas vis causas extendere velit, quod Fr. Sarmient. 1. *ſelect. interp. 2.* & A. Fab. 51. error. prag. 1. 2. 3. etiam de vulgata L. diffamari, quæ tantùm quando persona vel ejus conditio aditur, propriè locum habet; conquesti sunt. Sic citatio ex L. diffamari cassata & prætenso diffamato tres menses ad intentandam suam actionem coram Judicibus Austregarum præstituti Anno 1564. 1. Mart. & ita citatio cassata & quinq; menses præstituti ad agendum in caus. N. Archiepisco-

piscopi & Electoris C. contra N. & N. Fratres Duces N. Anno 1572. 3. Jul.

Hinc licet fidejussori, qui se molestari timet, si exceptionem habeat, actorq; agere differat, beneficio L. si contendat de fidejuss. prospectum sit, in modum L. diffamari, ut imploret officium judicis, petatq; declarari exceptionem sibi competere, & certum actori præfigi terminum ad agendum, idq: eò non faciente, perpetuum ipsi silentium imponi, & sic in effectu pronunciari, liberatum esse fidejussorem ab actione, quæ in eum creditorem competeat, aut adhuc competere posset. *Doctor. in d. l. si contendat. de fidejuss. Blarer ad l. diffamari. c. 2. n. 18. & ib. Cagnol. limit. 6. Cæs. Contard. c. 3. n. 122. Heig. p. 2. quæst. 8. n. 6. 7. & 8. Covar. 1. resol. 18. Hering. de Fidejuss. c. 25. n. 133. ubi n. seq.* 23.

dicit notabilem inter remedium l. diffamari, & remedium l. si contendat. differentiam esse: quod in hoc 24.

actor non præcedente etiam diffamaiione statum agere cogitur: in illo verò præcisè diffamationem, & dehinc terminationem actori præstitui: Tamen casu eveniente, Austregas eligere, nec in Camera
25. processus petere potest. Sicuti Johanni Fabri & Johanni Melchiori Müllero contra Dn. Episcopum VVirtzeburgensem 14. Febr. Anno 1580. petita citatio in Camera denegata, referente Heringio *d. l. c. 30. n. 79.* In Causis septimò executi-
26. vis Austregæ non attenduntur. *Ant. præjud. Cam. verb. mandata de solven-*
27. *do.* Quid, quando debitor executivè sese obligavit *secundum l. 3. & ib. not Cod. de pignor.* an Austregis erit locus? Rosenth. *de F. c. 6. conclus. 57. L. B. in marg. noviss. edit.* notat, Camerales sæpè dubitare, an hoc casu eorum jurisdictio sit fundata: ipse
28. Negativæ subscribit *d. lit. B.* Tenorem obligationis semper attendendum

dum esse puto, undè evenit, ut quãdoq; processus decernantur, quandoq; verò denegentur, uti ipse Rosenth. *d. l.* non inficetur. *Vid. Roding. d. tit. 12. §. deniq. 44. cum seq.* ubi quando mandata de solvendo decernantur, latius deducit. 29.

Sic octavò in causis monitoriorũ Austregis locus non est, *Roding. lib. 3. tit. 7.* ubi vide, quando & in quibus causis monitoria decernantur. *Vid. Gail.* 1. *obs. 37. Mind. d. l.* 30.

Nonò causæ fiscales non subjiciuntur Austregis *§ f. tit. 20. d. p. 2. Ord. Cam. Gail. 1. obs.* 1. *n. 25. & obs. 20. Mind. d. lib.* 1. *c. 20. n.* 1. *Schvvan. d. l. c. 7. n. 4. & obs. Camer. 25. n. 6* ubi latè exemplificat, quænam sint causæ fiscales. *Roding. lib* 1. *t. 8. Denais. tit. 143.* ubi & catalogum causarum fiscalium refert, sed non ita latè & exactè, ut Schvvanm. 31. 32.

Decimò quando agitur ad relaxationem juramenti ad agendi effe- 33.

fectum servatâ formâ in Ord. Cam. d. p. 2. tit. 24. præfinitâ *Gail. d. obs.* 1. *n.* 23. *& obs.* 22. *Mind. d. l. Schvvan. d. l. c.* 17. *& obs. Camer.* 25. *n.* 23. *Roding. tit.* 13. *Denais. tit.* 163. *n.* 16. *& tit.* 267. *Recess. deput. Anno.* 1600. §. bey unsern Kayserl. Cammergericht. *& §. seq.* gleichermassen.

34. Undecimò ob continentiam causarum *A*ustregæ cessant. *Gail. d. obs.* 1. *n.* 22. *& obs.* 32. ubi hoc modo nonnunquam primis instantiis, den Außträgē fraudē fieri testatur *Mind. d. l.* 5. *Schvvan. c.* 6. *n.* 5. *Denais. d. l. n.* 24.

35. Duodecimò in caussis violati privilegii Cæsarei: ita Rudolphus II. aug. record. 9. Aug. Anno 1591. rescripsit, Wir allein oder unser Consistorium imperiale haben super privilegiis Imperatoris zuerkennen/ in gleichen Fällen auch an unsern Cam̄ergericht jederzeit notwendig procesß erkant worden sind/ etc. *Gail. d. obs.*

obs. 1. *n.* 7. *Mind. d. l. Schvvanm. in obs. pract. Camer.* 25. *n.* 30. *Roding. d. l. tit.* 16. Rauch. 2. *quæst.* 11. *n.* 143. *& seq. ubi n.* 146. subjicit, quando de privilegii ambigui interpretatione Princeps ipse cum civitatibus vel subditis suis controversiam habeat, hanc ex L L. Imperii præscriptis aut eorum privilegiatis primæ instantiæ judicibus, si scilicet subditi Principem suum ibi convenerint, aut in Curia, vel judicio Curiali, si ibidem experiri maluerint, vel in Camera imperiali, si Princeps contra subditos agendum esse putaverit, terminari debere.

Decimotertiò in Commissione ad perpetuam rei memoriam, Austregis non locum dari volunt (Ratio, quia quæ mero officio Judicis, non jure actionis veniunt, ad Austregas non pertinent. *Thom. Mich. de jurisdict. conclus.* 37. *l.* F.) *Gail. d.* 36.

37.

obs. 1. n. 16. & obs. 93. n. 1. cum seq. & ibi Graven. Roding. d. l. tit. 18. §. primò commissiones. 2. Rul. de com. p. 2. lib. 1. c. 2. n. 8. & seq. Reincking *lib. 2. cl. 2. c. 16. n. 14. de regim. secul. & eccl.* quod libenter admitto, cum hoc pacto
38. Austregis præjudicium nullum fiat. Quomodò rotulus, si causa coram Austregis posteà ventiletur, petatur *V. Rul. d. lib. 1. c. 20. n. 6. & seq.*

39. Quid verò dicendum, si editio & communicatio documentorum petitur, annè hoc in Camera vel coram Austregis fieri debet? Certè si in genere res decidenda, Austregis hoc in casu locus faciendus. *Scip. 3. decis. 52.* ubi refert, licèt in quadam causa processus in Camera decreti, tamen A. dixisse, er hette der Sachen nachgedacht/ er wolt daß man edition nicht erkant hette/ denn die Außträg darumb zuvor anzulangen gewesen/ *uti refertur in decis. vel præjud. Camer. lit. E. verb. Editio.* Quod & ex eo corroboratur,

tur, quòd plerunq; contra eos, qui Auſtregarum beneficium non habent, mandata cum & non ſine clauſula decernantur. Interim benè 40.
notandum, circumſtantias hiſce in caſibus jus variare, hinc cum mandata ſine clauſula, vel compulſoriales ratione editionum & communicationum decernuntur, rectè Cameram adiri concludo, quod ex circumſtantiis facilè dijudicari poteſt, an cauſa ita cumparata, ut fundetur jurisdictio Cameræ excluſis Auſtregis. Sic non ſine ratione compulſo- 41.
riales ſimplices, & arctiores non attentâ exceptione incompetentiæ tàm reſpectu Auſtregarum ordinationis, quàm conventionalium & hæreditariarum in cauſa O. contra
O. 25. Octobr. Anno 1586. & 9. Mart. 42.
Anno 87. decreti. Sicuti ſemper, ſi periculum in mora, hujuſmodi in cauſis & caſibus Cameram adiri poſſe, cum Rul. *p. 2. lib. 5. c. 15. n. 12.*

de commiß. existimo. Vide omninò *Gilm. t. 2. p. 1. vot. 4. per tot. f. 58. & seq. & in præjud. verb. Editio*, ex quibus colligere licet, in genere, quando de editione agitur, Cameram fundatam esse, ut hinc superiora mutanda esse videantur, adde *Gail. 1. obs. 93. n. 5. & ib. Graven. consid. 1. n. 4. & seq.*

43. Decimoquartò reductionem laudi huc transferunt, Gail. *d. obs. 1. n. 49.* & Mind. *d. l. & obs. 149.* quod non

44. probo: nam reductio hujusmodi petenda est ab ordinario, cum sit provocatio ad causam, *Gail. d. obs. 149.* ordinarius Judex Austregarum autem est, ut ipse Gail. non infiteri videtur *obs. 12. n. 1. & obs. 120. n. 4.* & cum hic casus in ordinatione non exceptus, generali dispositioni insistendum esse judico.

45. Decimoquintò quando Princeps, vel alius qui Austregas habet, jure & vi potestatis jurisdictionisvè suę per

se

se vel ad instantiam alterius subditum suum extrajudicialiter gravet, Austregis non est locus. §. **wann aber von gemeiner** vers. **aber nach dem die** extrajudicial. cum §. seq. Recess. Imp. de Anno 1594. f. 724. *Aut. decis. sen. præjud. Cam. verb. appellatio extrajudicialis*, quod de omni extrajudiciali appellatione ob gravamen extrajudiciale, etiam quoad immediatos inter se exaudit. *Mind. d. l. c. 20. m. 3. n. 2. & 3. lib. 1. Denais. tit.* 27. Secus est si Princeps gravet tanquam pars, puta, si ipsi cum Principe aliquod negotium intercedat, & hoc respectu gravamen inferatur, quô casu Austregis est locus. *Gail. 1. obs. 120. m. 3. Scacc. de appellatione quæst. 7. n. 52. (vide ib. n. seq. aliter limitantem, sed non probo) Cothm. resp. 30. num. 21. & seqq. Vmm. disp. 4. num. 44.* ubi tamen malè Mindanum diss. dicit. præjudicia refert Aut. *decis. Cã. & Gail. dd. ll.* 46.

latè

latè Cothm. *resp. 55. n. 112. & seq.* in eo tamen ipsi non assentior, quod *n. 129.* dicit, Principem non posse gravare pro se vi potestatis & jurisdictionis, nisi qualis cognitio præcedat: nisi per cognitionem nudam, facti notitiam intelligas; siquidem
47. quotidiè, proh dolor, plurima mandata extrahuntur & decernuntur sine causæ cognitione, ad nudam facti relationem: Quod verò ulterius
48. *n. 130.* subjicit, si Princeps statusvé imperii pro suo interesse, & dignitatis, superioritatis, jurisdictionis Austregarum suarum tuitione sine prævia causæ cognitione, vel alterius bona occupet, vel sequestrari jubeat, vel aliquid fieri de facto mandet, locum esse simplici querelæ & ita Austregis maximè in facto inibi relato, id an verbis & menti d. § **Darumb setzen.** consentaneum, videre nō possum? certè ipse subjicit *n. 133. & seq.* citandum fuisse senatum, ast citatio

tatio ſine vi jurisdictionis, eſſe vel decerni nequit: Quocircà in eo ipſo caſu Princeps non ut pars ſed ut Magiſtratus extrajudicialiter gravabit (cum ipſe dicat, principem mandaſſe ſenatui, qui parere noluerit, quod ſine jurisdictione fieri non potuit, aliâs impunè ſenatus ſecundum l. fin. de jurisdict. non paruiſſet) ideoq; benè Camera appellari potuit, nec advertere valeo, quomodò præcitata verba cum verbis *d. l. n.* 112. relatis concordent, ubi ita ſcribit: Si princeps jure & vi poteſtatis atq; jurisdictionis proprio etiam motu ac pro ſe ad nullius tertii inſtantiam ſubditum ſuum vel alium extrajudicialiter, mandando, ſequeſtrando, inhibendo, vel pœnas pecuniarias imponendo, gravet & oneret, nullis Auſtregarum privilegiis obſtantibus ab ejusmodi extrajudiciali gravamine de jure communi ad Cameram rectè appellari.

Fri-

Frider. de proces. d. lib. 1. c. 20. art. 3. item cum verbis n. 117. Austregarum non ordinariam, sed privilegiatam PP. instantiam istis tantùm casibus receptas esse, quibus Princeps vel status velut privatus sine jurisdictionis exercitio vim facit, vel gravavem infert, &c. Jam verò quomodò potest Princeps pro suo interesse, pro dignitatis, superioritatis, jurisdictionis tuitione alterius absq; exercitio jurisdictionis bona occupare, sequestrare, &c. Quocirca malè ipsum *d. n. 130. & resp. 33. n. 61. vol. 4.* ubi itidem scribit, quando Princeps motu proprio ad nullius instantiam mandat & rescribit ad Austregarum remedium confugiendum, sentire patet: nec id d. Recess. de Anno 94. nec Gail. *d. obs. 120. n. 3.* Myns. 1. *obs. 91. Frider. d. c. 20. art. 3.* probat.

49. Ultimò causæ tutelas & curatelas

lis ſpectantes, hoc eſt, quando de ordinandis, confirmandis & exonerandis tutoribus & Curatoribus agitur. *Gail. d. obſ. 1. n. 47. & ſeq. Mind. c. 12. n. 2. & d. c. 20. n. 1. Schvvan. & obſ. pract. Cam. 25. n. 55. c. 20. n. 2. Roding. d. lib. 1. tit. 18. Mich. de juriſdict. concluſ. 37. l. F.*

Plures quidem adhuc aliæ referuntur, ſed quæ non concernunt PP. vel ordines ut partes conveniendas, ſed ut Judices, ideoq; fruſtrà hiſce immiſcentur.

Cauſam alimentorum nec in Auſtregarum judicio tractari ſcribit *Thom. Mich. de juriſdict. concluſ. 37. lit. F.* cum ſuper alimentis procedatur ſummariè & de plano. *l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. & ib. Br. de agnoſ. liber.* undè cauſa alimentorum diebꝰ feſtis expediri poteſt. *l. 2. de fer.* nec requiritur in ea litis cõteſtatio *Clem. ſæpè de V. S. Everh. ſen. conſ. 62. n. 1.* 50.

n. 1. *Reus.* 1. *decis.* 15. *n.* 6. & *seq.* ubi tamen *n.* 18. id fallere dicit, si ex contractu debeantur & petantur alimenta. Vid. supr. part. 1. hujus cap. n. 12.



INDEX.

Abrogatio.

Abrogatio juris communis non præsumenda. c. 7. n. 25.

Actor.

Actor forum rei sequiquitur c. 3. n. 6. & c. 4. n. 12.

Actori secundi ordinis, contra Electorem Principem vel Principarem, quem velit ex 8. modis tit. 4. p. 2. Ord. Cam. electio datur. c. 6. n. 77. limit. & declar. n. 78. ampl. n. 79.

Actori secundi ordinis, quid faciendum, si primo modò uti vult. c. 6. n. 80.

Actor & Reus cessare faciunt Austregas nō judex. c. 9. p. 1. n. 1.

Actorum transmissio.

Casus specialis, quo consensu partium transmissio actorum fieri potest. c. 6. n. 254. an judex austregarum ad postulationē partium acta transmittere debet. c. 2. n. 46. & seqq.

Adimere.

Adimere altera manu non præsumitur Imperator quod una concessit. c. 2. n. 72.

Adoptivi.

Adoptivi juribus & privilegiis adoptantis fru-

fruuntur. cap, 3. n. 129.

Adstruere.

In adstruenda opinione quadam, inter alia & argumenta minus urgentia adhibere licet. c. 2. n. 33.

Adulterium.

Bassanus Rex Sicambrorum proprio filio in adulterio deprehenso nõ pepercit. c. 3. n. 112.

Albertus.

Alberti Marchionis Brãdenburgensis querela de linguis exoticis in aula Imp. c. 1. n. 20.

Argumentum.

Elector aut Princeps conventus actori qui est persona secundi ordinis, iusq́; Comitatus, salvum conductum in scriptis præstare tenetur. c. 6. n. 83.

Persona secundi ordinis causam, quam habet, cum

cum Electore vel Principe disceptaturam Austregis, si novem Consiliarij displiceant, ex ijs septē vel quinq; eligere potest. c. 6. n. 84.

Elector vel Princeps conventus à secundi ordinis personis, coram Austregis electo 1. vel 2. modo, sumptus sive Consiliario exhibere debet. c. 6. num. 85.

Tertius modus quo in judicio Austregarum secundi ordinis personæ contra Electorē vel Principē uti possunt qui ib. n. 86.

Quartus modus de commissario ab Imperatore impetrando, c. 6. n. 87.

Cautela circa modum quartum impetrandi unum vel plures cōmissarios. ib. n. 88.

Si unus ex duobus vel pluribus Commissariis datis moritur cæterorum jurisdictio finitur. ib. n. 89.

An in quarto modo de impetrando Commissario, requisitio sit necessaria, c. 6. n. 101. Autor hoc negat 102.

An modus quartus petendi Commissariū sit communis, ita ut competat etiam Electoribus Principibus actoribus. ib. n. 105.

Fæmina primi ordinis, nupta personæ secundi ordinis an & quatenꝰ cōmissariū petere

 possit.

possit, secundū quartum modū. c. 6. n. 110.
Quintus modus quinam? c. 6. n. 111.
Sextus modus quinam? ib. n. 112.
Proponitur septimus & & octavus modus c. 6. n. 113.
Quomodo judices eligendi, quando primi ordinis persona secundi ordinis personam convenire vult. ib. n. 114.
Vno vel pluribus electis & datis judicibus Austregarum mortuis, alij in eorum locum substituendi. c. 6. n. 115.
Qui modi in praxi frequentantur. ib. n. 119.
An nullitas committatatur, si processus dirigatur secundum statuta loci. cap. 6. num. 124. & seqq.

Prorogatio.

An sit prorogatio, si defuncti judicis successor adijt. cap 7. num. 20.
An jurisdictio judicum Austregarum prorogari possit. vid. supr. in verb. Austregis, & plura de prorogatione sub titulo, judices jurisdictio.

Protestatio.

Protestatio jus protestantis salvum & illæsum conservat. cap. 9. p. 1. n. 124.
Protestatio animum ab actu tollit ita, ut quod post fit; &c. c. 9. p. 1. n. 125.

Publi=

Publicæ.

Publicæ personæ quænam sint? cap. 6. num. 10.

Pupilli.

Pupilli vide infrà in viduis.

Ratio.

Ratio legis. cap. 4. num. 28.

Vbi complexus rationis, ibi etiam nexus dispositionis. cap. 4. num. 23. Vbi eadem ratio & causa finalis, ibi interpretatio & suppletio legis locum habet. ib. n. 31.

Lex non minus authoritatis habet, licèt ratio nos lateat. c. 4. n. 48.

Ratisbona.

Ratisbona quibus gaudeat judicibus Austregarum. c. 8. n. 18.

Reconventio.

In quibus Reconventio locum non habet. c. 7. n. 3.

An in secundo modo locum habet reconventio ib. n. 4.

Reconventio in omnibus actionibus etiam realibus locum habet. c. 9. part. 1. n. 7.

Reconventio locum habet etiam in summario iudicio. cap. 9. p. 1. n. 8.

Quare in appellatione non locum habeat reconventio. ib. n. 9.

Recusari.

Tota collegia recusari possunt, contraria opinio in Camera Imper. recepta cap. 6. num. 208. & 209. ubi adsignatur ratio

A quo appellari nequit, ille nec ut suspectus recusari potest. c. 6. n. 210.

Pares Curiæ ut suspecti recusari possunt, cujus rationem assignat Schrad. ib. 213. quæ rejic. num. 214.

Revisores ut suspecti recusantur, qui tamen habēt ordinariā jurisdictionē. ib. n. 215.

Regula.

Regulæ communi inhærere tutius est quàm novam effingere exceptionem. c. 5. n. 50.

Relati.

Relati natura, ut omnes relati qualitates secum trahat. c. 7. n. 5.

Quod per relationem fit, idem est ac si exprimatur. ib. n. 6.

Renunciatio.

Renunciationem jura non præsumunt. c. 2. n. 15.

Renunciatio est stricti juris. ib. n. 39. adde. n. 65. Item Renunciationes privilegiorum hodiè familiares. c. 9. part. 1. n. 25.

Promissio extrajudicialiter in epistola facta de respondendo immediatè in Camera obstat Austregis. c. 9. p. 1. n. 26.

An is, qui stipulato renūciat foro & alteriꝰ prorogat jurisdictionē pœnitere possit ib n. 27. Renunciatio tacita multis modis fieri potest, aut Austregis non est locus. c. 9. p. 1. n.

p.1.n.28. & 29. Episcopus Monasteriensis renunciavit in gratiam subditorum suorum Austregis, in causis non feudalib9. c.9. part. 1. n. 33.

Requisitio.

Instrumentum requisitionis in pergamento scriptū esse oportet. c. 9. part. 1. n. 91.

Requisitio per nunciū, licet juratus Cameræ sit, non probatur. ib. n.93. rat. n. 94.

Reservatio.

Reservatio cōservat jus reservandi illæsum. c. 2. n. 68.

Residentia.

Residētias diversas quidam Principes habēt cap. 6. n. 43. vide & domicilium.

Revisores.

Revisores quatenus cognitionem habent universalem, eatenus & judices Austregarum. c.6. n.190. Non exequuntur suam sententiam. ib. n.197. ut suspecti recusantur, qui tamen habent ordinariam jurisdictionem. cap. 6. n. 215.

Reus.

Reus de jure Canonico, an ultra duas diætas extra diœcesin suam evocari possit. cap. 6. num. 42. Reus & actor cessare faciunt Austregas non judex c. 9. 1. n. 1.

Reorum est fugere. c. 9. p. 1. n. 12.

Reutlinga.

Reutlinga habet judices civitatis Esslingam & Gemundam Suevorum. c. 8. n. 22.

Saxonia.

Austregæ domus Saxoniæ, Brandenburgicæ & Hassiacæ. c. 8. n. 3. v. & n. 12.

Scotia.

Maria Scotiæ Regina sub quo prætextu à Parlamento Angliæ ad mortem condemnata. cap. 5. num. 41. & n. 56.

Spira.

Spirensis Civitas non habet jurisdictionem ullam in Camerales personas. c. 5. num. 36.

Spolium.

In causa spolij processus specialis. cap. 6. num. 233. Item in Causa spolij intra annum expedienda, datur dilatio ob legitima impedimenta. cap. 9. part. 1. n. 73. Causa appellationis in causa spolii trimestri spacio præponenda. c. 6. n. 239.

Stam Außtråg.

Stam Außtråg. *vid. c. 8. n. 10.*

Status Imperii.

Status Imperii qui sint. c. 1. n. 36. & c. 3. n. 24. & 26. & num. 32.

Civitates Imperiales sunt status Imperij c. 1. n. 33. Nobiles an status sint. cap. 1. num. 32. & 24. & c. 3. n. 23. 25. 28. & 29.

29. *Sunt tenaces libertatis. c. 2. n. 27.*
Status ficti qui. cap. 3. num. 33.
Capitulum non est status. c. 3. n. 36.
Status tamen representat. ib. n. 43.
Status sunt etiam Ecclesiastici. c. 3. n. 65.
Status imperii est dignitas personæ non qualitas patrimonii. c. 3. n. 96.
Status imperii privilegium personale & nō absimile privilegio, quod olim habuerunt senatores, c. 9. p. 1. n. 36. & 37. & adhuc habent clerici. c. 9. p. 1. n. 38.
Status Imperii ubiq; locorum suam dignitatem ibid. num. 39.
Item status imperii ligii sunt, qui non nisi suo Domino subjecti esse possunt. cap. 9. p. 1. n. 41.
Status Imperii successerunt in locum senatus ibid. n. 61.

Stylus.

Stylus judiciorum pro sese observandus. c. 6. n. 246.

Subjectum.

Non est in arbitrium alicujus esse subjectum vel non. c. 8. n. 53.

Suevia.

Conradinus Dux Sueviæ ultimus sub quo prætextu à rege Neapolitano occisus. c. 5. n. 41. & 56.
Sueviæ Nobilitas vide Nobiles.

Sup-

Supplicatio.

Supplicatio & aditio Magistratus, ipsi jurisdictionem non affert, sed eam quam habet antè, excitat. c. 6. n. 178.

Svvinfurtum.

Svvinfurti judises quinam. c. 8. n. 21.

Territorium.

In suo territorio minus potens superat potentiorem. c. 5. n. 44.

Ex domicilio in alterius territorio contracto non confuscatur dignitas. cap. 9. part. 1. num. 56.

Verba.

Verborum significationes & proprietates undè sumendæ. cap. 1. num. 1.

Verbi Notatio vid. suprà lit. N. plura vide in verbo Nomina.

Verbum Außtragen *generale est. cap. 1. num. 3.*

Verba generalia omnia comprehendunt. cap. 5. num. 1.

Maximè si geminata. cap. 2. num. 67. & seqq. n. 95.

Verba Spruch vnnd Forderung *comprehendunt etiam causas criminales. c. 5. n. 13. declar. n. 27.*

Verbum gäntzlich. *cap. 5. n. 131.*

Verbum gäntzlich vnd endlich *cap. 5. num. 133.*

Vena-

Venatio.

Venari Ecclesiasticis licitum. c. 3. n. 68.

Venationis privilegium inter Ecclesiasticos primus impetravit Præsul Vertensis. c. 3. n. 69.

Via.

Via Regia incedendum. cap. 6. n. 51. an ratio sit habenda viæ compendiariæ. cap. 6. num. 49. adde. num. 50.

Vicarius.

Vicarij quicquid agunt, intuitu Imperij & futuri Imperatoris peragunt. c. 6. n. 100.

Vicarius Episcopi est Iudex ordinarius & delegatus simul. c. 6. n. 170.

Vicarij Imperij quicquid ad juris administrationem, pertinent. cap. 6. num. 96. Omnis jurisdictio Imperatoris vacante imperio penes Palatinum & Saxonem residet. ibid. num. 95.

An vacante imperio Iudex à Vicarijs impetrari queat. cap. 6. num. 92. affirm. num. 94.

Vices.

Qui vicem alicujus judicis vel Præsidijs tenet, intermedius est inter ordinarios & delegatos. c. 6. n. 169.

Viduæ.

Viduæ & Pupilli statibus subjecti processus in Camera judice intermedio neglecto non impetrant. c. 9. p. 1. n. 15. expl. n. 16.

Urbanitas.

Ex urbanitate & in quarto modo fieri potest requisitio vel potius certioratio. c. 6. n. 104.

VValdeccensis.


Austregæ inter Comites VValdeccense eorumq; subdito c. 8. n. 9.

Wilkührte Außträg.

Austregæ conventionales diversarum familiarum, Wilkührte Außträg. *c. 8. num. 1.*



Ora



ORATIO PARENTALIS SED CURSORIA,

Honori Clarissimi & Consultissimi Viri

Dn. GEORGII SCHUBHARDI J. U. D. eruditissimi.

Die 6. Octob. Anno 1630. dicta à Directore Illust. Gymnasii Casimiriani Saxo - Coburgiaci.

DEfecerunt præ Lacrymis oculi mei, intumuerunt viscera mea, effusum est in terram jecur meum, propter contritionem filiæ populi mei. Ita scilicet olim, *O Venerande Propheta, DEI legate*, *sacrosancti* concilii *alumne, cæli auditor, terræ Doctor*, tua post interruptum suspiriorum intervallum, quod tibi repentinus pectoris singultus imperabat, lamenta *reassumebas, deplorabas, ingemiscebas.* Sedebas, puto, in arduo oliveti vertice, & *vultu* ad mœstitiam *compositio, manibus* ad vincula *complicatis, capite* ad jugum *demissô*, desuper, si mo-

si modò *guttarum* pluviæ, nimbi *destillatio*
num, *curarum* fumi, turbines *desideriorum*
& calamitatum nubila Cimmerias non in
duxerunt tenebras; Heu! contemplaba
ris vastam illam aream, in qua non ita
pridem *Templum* honore, pompâ *Palatium*
Academia eruditione, *Curia* virtute super
biebant, ita, ut una urbs ex omnibus gen
tibus & ætatibus videretur digna, qua
cum amplissima orbis terrarum Regina de
majestatis ac celebritatis principatu æ-
quissimo jure contenderet. Videbas in-
terim *funestas* & *infensas*, & *infaustas* favillas
quas faces in *Regias* arces, *Sacerdotales* domos
& *civiles* ædes conjectæ reliquerant, subin
de aërem verberare, sepultam patriam, sed
insepulta incolarum cadavera extremis
flammis salutare! Nimirum

—*Steterat Solyma inclyta, & ingen*
Gloria Iesseæ, de nomine & omine, fama
Atq; Aaroneæ divina Camœna cathedra

Absit à me, *Viri admodùm Reverendâ, Ma*
gnificâ, Nobilissimâ, Consultissimâ, Clarissimâ,
Præstantissimâ & Humanissimâ dignitate con
spicui, Domini Patroni, Fautores, Amici, Col-
legæ,

legæ, Hospites, officiosè, amanter & benevolè honorandi: Tuq; tàm prosapiâ generositatis, quàm ingenij felicitate florentissima studiosa juventus! Absit, inquam, à me, ut *Jehovam* ulterius defatigem. Resumo saltem lessus & threnos: *Oculi enim mei* præ lacrymis defecerunt, *viscera mea* intumuerunt, *jecur meum* in terram effusum est, *propter contritionem amici amicorum meorum. Defecerunt* oculi in tanta undarum copia; *intumuerunt* viscera, in tanta membrorum angustia: *effusum est* jecur, in tanta naturæ parsimonia. *Sensibus* haud licet, *cogitationibus* interim, utinam solo æquatos *alicujus* urbis muros, & ad tugurii faciem dejectos Capitolii parietes! Utinam. Intueor autem ornatissimam nuper corporis *compagem*, in qua candidissimus, *Clarissimi & Consultissimi Viri Dn. Georgii Schubbardi*, Juris utriusque Doctoris excellentissimi, & Practici felicissimi, *animus, ut hospes* habitavit, *ut Consul* deliberavit, *ut Iudex* auscultavit, *ut Censor* dictavit, *ut Cæsar* imperavit. Corporis compagem elegantissimam, in qua excultissimus animus, *non ut in puppi* gu-

bernator, *aut gemma* in annulo; *non ut in Regione* Princeps, *aut in Cœnaculo* conviva; *non ut in Regno* Dominus, *aut in foro* statua, *& in theatro* spectator, stetit; stetit & floruit; floruit & splenduit, splenduit & emarcuit, emarcuit & cecidit; *Sed veluti in nobiliori quodam loco*, qui divinum simulacrum deceret, haud aliter, ac in religiosissimo fano, signum pretiosissimum collocatus fuit. Ast hanc ipsam compagem *mors* dissolvit, *sublimem capite arcem* ad sydera erectam, *ad imos umbrarum famulos* dejecit, vegetas *pedum columnas*, *ad tenuissimos* cinerum *pulvisculos* confregit, & florentissimos totius *structuræ articulos*, ad vastissima *agrorum rudera* dissipavit. Hoc sanè fatum, ah *immite fatum*! hoc fatum, ah *immane fatum*! hoc fatum, ah *ne speratum quidem fatum*! hoc fatum, ah *ne cogitatum quidem fatum*, si *carnis* judicio credimus! sapientissimum & benevolentissimum, *si creatoris*; hoc fatum *mihi longè est acerbissimum*! Nam quoties ex consuetudine Christianorum *Ætatem ejus* considero, propter paucitatem annorum *commiseratio* mentem *hebetat*; si dona

na

na dinumero, *multitudo* memoriam *confundit*: ſi meditor *mores*, propter magnitudinem indolis, gravitatemq; integritatis, *lingua de-hi-ſcit.* Si exiſtimo ex lege familiarium, *quantum amicum* amiſerim, vix perennes fluviorum *fontes ex oculis*, vix miſerabiles ejulatuum *voces è gutture*, vix profundos *è pectore anhelitus*, vix *è manibus crudeles tunſiones, lacerationes, & concuſſiones* cohibeo! *Cohibeo tamen*, quôd ſciam, me amicum *fidiſſimum & conſtantiſſimum non* amiſiſſe, *ſed* præmiſiſſe: aut ſi res ad ſumma redeat faſtigia, *amiſiſſe* terris, *commiſiſſe* cœlis. *Candidiſſimum amicum*, qui, quæ vel agenda vel meditanda, formaret, ut nihil præ tàm aperto Achate, nec *intra* mentem, nec *foris* ſecreti, quò minus omnia *integrè participaret*, omnia *viſeret*, omnia *intelligeret*, & in penitiſſimis mentis meæ receſſibus, vice conſcientiæ *diverſaretur.* Profectò, diceſſit *meus intimus cognitor*, *ſpontaneus obſervator*, individuus *arbiter*, inſeparabilis *teſtis*. *Atq; hic luctus exinde augetur*, *quòd jam cognitum habeo*, *Amicum incomparabilem*, *dum funerali lecto detineretur*, *& in ipſo mortis limine hæreret*, *meam expetiiſſe*

opellam & præsentiam: Verùm meorum & mearum partim invidia, partim væcordia hoc sanctum pietatis officium denegavit. Ipse divinare possum, quid in votis habuerit. Voluit aliquam ex me *concionem audire*, & ut audacter dicam, *suavissimas illas Elohim blanditias, quibus æternus Creator, Redemptor, & Sanctificator* Ephraino suo pretioso & delectabili puero quasi adulatur, recordando recordaturum se pollicetur, quorumcunq; fecisset mentionem, concluditque instar nutricis, & dicit: *Idcircò sonuerunt viscera mea super eum, miserando miserabor ejus.* Memini *colloquij cujusdam*; Ast quid dico, me meminisse; imò memini! Accedit tandem, quòd ego *omnium Literatorum infelicissimus*, quotidie ferè cum *crudelissima bestia* de pugno, dum hæc singulorum, ac horrendorum meteororum simia *infinitis fermè laboribus* defatigatas, aut potiùs exhaustas corporis reliquias *stupendis modis* invadit, *reciprocis flagris* verberat, *nimbis vehementibus* inundat, & *præcipiti grandine* pulsat, rumpit *flatibus*, *insultu* terret, non aliter, ac si iratus Poetæ Æolus densas

ven-

ventorum cohortes emisisset. Quid dicam?

Unà Eurus Notusq; ruunt, creberq; procellis
Africus, & vastos tollunt ad sidera fluctus.

Intelligitis, spero, *Auditores omnium ordinum lectissimi*, quem uxori & liberis *Curatorem* ac *Tutorem* destinaveram, antevertisse meas ærumnas, ac priùs cœlum ascendisse, quàm ut in terram, unâ saltem humanitatis parte, descendere potuerim. Quapropter, *quod vivo solvere non potui, hoc Tibi Schubharde desideratissime, mortuo solvam, cineribusq; tuis, consentiente optimorum Virorum ac juvenum coronâ, extremum illud VALE tristis ac tremulus dicam.* Nota est, & argutissimis Carminibus decantata *Alexandri superbia, qui imaginem suam, quò certior posteris proderetur potiùs, quàm exhiberetur, noluit à multis artificibus, uti sibi imaginabatur, contaminari: unde edixit universo orbi suo; quem pirata potiùs, quàm miles subegerat, & prædo citiùs quàm Imperator occupaverat, ne quis effigiem Regis temerè assimilaret ære, colore variaret, & cælamine condecoraret: quin solus eam Polycletus ære duceret, solus Apelles coloribus delinearet,*

solus Pyrgoteles calamine excuderet. Volebat homo tot *impressionibus* tumidus, *in statuis* primus, primus *in tabulis*, *in toreumatis* primus haberi. Hic verò ad tumulum *Achillis* indoluisse fertur, *Græcus* quòd invenisset laudum suarum Præconem, *Homerum disertissimum & subtilissimum.* Profectò mallem *Schubhardo meo sedatissimo, & ad honorum appetitu* (sic vocabat) *alienissimo* adesse Rhetorem facundissimum, qui lata *angustè* contrahere, *angusta* latè diffundere, *vulgata* decenter efferre, *nova* usitatè proterere, *usitata* novè proponere, extenuare in minima *magna*, maxima è *minimis* exaggerare peritissimus, salvâ veritate, peritissimus haberetur. Interim, *quia est aliquid prodire tenus, si non datur ultrà*; acquiescit beata anima, hac qualicunq; *voluntate*, hoc qualicunq; *conatu*, hoc qualicunq; *effectu & affectu.* Vos verò, *Auditores*, per *favorem* Principum, Regum, Cæsarum, quò literas prosequuntur, per *honores* ac *dignitates*, quas à literis habetis; per *fortunam* & *claritatem*, quam à literis expectatis; per *authoritatem* & *æstimationē*, quam ad literas remittitis; per

curā

curas & *vigilias*, quas literis impenditis, per *sempiternam nominis immortalitatē*, quam literis internuntiis posteritati relinquitis, *rogo obtestorq́;*, velitis paulisper subsistere, & quæ de viro *literatissimo* breviter allaturus sum, benevolè expectare.

Animadverto mihi *Coburgo* emigrandum modò esse, & ad æquales montes, *Caroli Magni* quondam Imperatoris delicias divertendum, ubi *Augustissimus Heros*, cornuve, natoriô de collo suspenso signum ministris dare solebat, ut *pavidos lepusculos* sectarentur canibus, *callidas vulpeculas* persequerentur astutiis, *fugaces cervos* & *alipedes* remorarentur retibus, *aprosq́; frendentes* & *spumantes* venabulo exciperent, *truces* atq; *informes* (si Plinio assurgendum est) *ursos* tricis interciperent, aut *accipitrum falconumq́;* servitiô liberiores aviculas, tanquam inauspicata sylvarum spolia acciperent. Divertendum mihi est ad illam arcem, in qua potentissimus Monarcha leges *Salicas* concepit, & Saalburg *Franciæ* occidentales

(in tractu Rombildensi Carolus Magnus post confecta bella gravissima suas quæsivit delitias.)

 pepe-

peperit, fundamentales *Galliæ*, quarum beneficio *Reges*, etsi animam educunt, tamen non moriuntur, juxta tritum populi proverbium. Est in confinio *oppidum*, dynastiæ titulo inclytum, à *Romanis Heroibus* inclytum, qui nomen loco imposuerunt. Haud allego aëris *clementiam* haud prædico *soli fertilitatem*, equos jactat *Thessalia Anglia* canes, asinos *Bæotia*: non oportet ad has nugas confugere, & veluti conquisitis pennis, è tàm vanis inaniis Plautinis Virum bonum exornare. *Römbildum est Patriæ sedes*, in qua *Schubhardus* noster primùm vagiit, adeoq; præmaturum obitum deploravit. *Hæc est Patriæ sedes*, in qua *Schubhardus* noster primos *gressus* fixit, adeoq; ad mortem properavit. *Hæc est Patriæ sedes*, in qua *Schubhardi* nostri *pueritia* primùm lusit, adeoq; ad seriam luctã se præparavit. *Hæc est Patriæ sedes*, inqua Schubhardus noster balbutire cœpit, adeoq; de vitæ humanæ fragilitate vel inscius disseruit. *Plura, nisi tempore excludar, adderem, præsertim cum Senatores & cives de me optimè fuerint meriti.* Tot enim ac tanta à Senatoribus a-

civi

civibus in me profecta sunt beneficia, ut etiam ab invito amorem possent extorquere. *Tentavi redhostimentum*, tentavi frustrà: nullum gratiam rependere valui, nisi quam è Cathedra Ecclesiastica VVittebergam abiturus dixi. *Rombiltæ* nuspiam numeravit prolixâ serie proavos, nec placebat homini modestissimo, —longô

Sanguine censeri, & pictos ostendere vultus
Majorum, & stantes in curribus Æmilianos.

Placebat sententia nobilissimi *Madaurensium Philosophi*, qui ita infit: *Aliena voco, quæ parentes pepererunt, & quæ Fortuna largita est, quorum nihil laudibus Socratis mei admisceo; nullam generositatem, nullam prosapiā, nullos longos natales, nullas invidiosas divitias. Hæc enim cuncta, ut duo, aliena sunt. Sate Protanio gloria est, qui talis fuit, ut nepotem ejus non puderet. Igitur omnia similiter aliena numeres, licebit. Generosus est? parentes laudes. Dives est? non credo fortunæ, ne Magis ista adnumero. Validus est? ægritudine fatigabitur. Pernix est? abibit in senectutem. Formosus est? expecta paulisper, & non erit. At enim bonis artibus & doctus, & apprimè est eruditus, &*

 quam=

quamlicet homini ſapiens, & boni conſultus; tandem aliquando ipſum Virum laudas. Hoc enim nec à Patre hæreditarium eſt, nec caſu pendulum, nec à ſuffragio amiculum, nec à corpore caducum, nec ab ætate mutabile, &c. Interim obſcuro è thalamo nunquam prodiit; Patrem habens *integerrimum, & prudentiſſimum Virum, Dn. Iohannem Schubhardum, Senatorem*: Matrem *Vrſulam Cellariam Matronam honeſtiſſimam*: quibus Conjugibus multa profiteor, plura debeo, plurima refuſurus, ſi refundendi copia ſuppeteret. Obiit Pater, inter alia hoc etiam beatus, quòd duos filios reliquit: in *Auſtria, Nobiliſſimum & Ampliſſimum Virum, Dn. Iohannem* **Schubhard à Römhild** / *Cæſareæ Majeſtatis è domo Conſiliarium aulicum & ſupremum navium*, quas Regina fluviorum habet Danubia; *Præfectum; præclaris familiis inſertum*, & *noſtrum Doctorem* piè defunctum. Vera nimis vox eſt ſapiẽtis: *Qui filium ſuũ docet, rem moleſtã faciet inimicis, & coram amicis de eo ſibi gratulabitur; Si Pater ejus è vita exceſſerit, perinde eſt quaſi non deceßiſſet, ut qui ſuperſtitẽ ſui ſimilẽ reliquerit. Vivus enĩ vidit*

Hic & alibi multa ex tempore fuerunt dicta.

vidit

vidit, ex eoq; lætitiã cepit, nec moriens ullo dolore affectus est; Adversus inimicos reliquit vindicem, atq; amicis gratũ beneficiorũ remuneratorẽ. O Venerande senex, *quã placida, placata & pacata, quã expetita, & expedita, quã grata & rata, quàm amabilis & mobilis, quã exoptabilis & exorabilis suprema Tibi evenit hora! Nondum homines reliqueras, & jamdudũ discesseras; nondũ mori posse desieras, & jamdudũ æternitatẽ incheabas.* Caligo tibi in splendorẽ, languor in robur, fletq; circumstantiũ in hymnos, dolor articulorũ in ludos degeneraverat. Quæ causa hujus stupẽdæ conditionis? *Filiũ docueras, rem molestã feceras inimicis, & corã amicis de eo sibi gratulatus fueras. Cum vita jam esses excessurus, perinde Tibi videbatur quasi non deberes discedere, ut qui superstitem tui similem* filium *relinqueres. Vivus eũ videras, & ex ea lætitiam cœperas; atq; hinc morituro nullô dolore afficiebaris; Adversus inimicos enim relinquebas vindicem, atq; amicis gratum beneficiorum remuneratorẽ.* Quemadmodũ verò Filiorum natu major, prudẽtiâ Comite, multa horrenda subiit, multa adversa superavit, eâq; adjutrice cum Ulysse Cyclopis specus *introivit, sed* egressus est:

Solis

Solis boves *vidit*, *sed* abſtinuit: Ad inferos *demeavit*, *sed* aſcendit: Scyllam *præternavigavit*, *nec* ereptus eſt: Charybd *conſeptus quidem*, *nec tamen* retentus eſt: Circes poculum *bibit*, *nec tamen* mutatus eſt: Ad Lotophagos (ſic Homerus nominat) *acceſſit*, *nectamen* remanſit: Syrenes *audivit*, *nec tamen* acceſſit quin potiùs è *Gallia*, *Italia*, *Anglia*, *Hibernia*, incolumis rediit, pluresq́; *Barones & Equites*, ſuis reddidit: Ita natu minimus *Georgius*, ubi per ætatem licuit, ad varias ſcholas Claſſicas, ablegatus fuit. Prima Tyrocinia in *ſchola patria* moderatore *Friburgo Seniore* fuit; hoc ſtudiô abſolutô *Schleuſingam* venit. Neſcio quæ cauſæ impulerint; ex *Hennebergia* in *Thuringam* contendit, claſſibusq́; *Gothanis* nomen dedit. Iſtô in Athenæo utriq; linguæ *Græcæ*, & *Latinæ*, utriq; ſtylo *ſoluto & ligato* diligenter incubuit, & ardenter elegantiæ invigilavit, ſecus ac faciunt illi naſutuli, qui *Laconicis cancellis* ſermonem incarcerare, aut, ſi hæc rabies diſplicet, *duriora & exoleta momenta* è *Pacuvio*, *Actio*, *Lucilio*, *Plauto*, *Ennio* effodere, & ita ſolent

loqui,

loqui, ut ab ævo *Saturni* venire, aut *Aboriginum* seculo nati, aut à *Carmenta Evandri* matre edocti videantur. Latina lingua, cum adhuc in cunis suis jaceret, tàm extitit barbara, ut nemo *Romanorum* vel eruditissimorum tempore *belli secundi Punici* potuerit fœdera antiqua cum *Carthaginensibus* inita interpretari. Apello *ingeniosissimum Merulam*, compello ejusdem *Cosmographiam*; testor, qui legunt & intelligunt, mirantur, & obticescunt. Singulari itaque industriâ quàm diu *Gothæ* hæsit, stylum excoluit, auræ novitatem evitavit, judicans illos, qui aucupio verborum nimis recentium detinentur, *Græciæ* flatibus impelli, *Equisq;* similimos esse, qui ad pompam magis ornati sunt, quàm ad prælium fortes. Sed frustrà fortassis immoror hæc apud *vos* exaggerando, qui jam estis cogitationibus prætervecti; sentio bilem mihi moveri, & dolorem in iram verti. *Non possum, non possum* aliter, *Auditores*, cogor præter intentionem in vestro conspectu indignationem meam justissimam exonerare, & aliquantisper evagari. Hoc ipsum

ipſum *Gymnaſium Caſimirianum* quantã laudem *illuſtriſſimo Fundatori* apud incolas, imò per univerſum orbem Chriſtianum acquiſiverit, loquuntur *provinciæ*, cum provinciis *populi*, cum populis *nationes*. Fundavit autem, quemadmodum *in acta publica incomparabilis Libavius* retulit, ut è *Thuringia* in *Franconiam*, hoc eſt, è *ſchola Gothana* in hoc *Inclytum Collegium* frequentes Coloniæ educerẽtur. Atq; hinc eſt, quod *Pædagogium noſtrum* ad *ideã primæ claſſis Gothanæ* eſt conformatũ. Sed quid ſit? quid factũ fuit? quid fiet? Eſt in Monaſterio Auguſtiniano, ſive *ſchola Gothana*, qui quando audit adoleſcentem & juvenem quendam ſolidioris eruditionis cupidum, velle ad *Coburgenſes* ire, in *nos & noſtros*; in *vos & veſtros*, improbum os ſolvit, & abominanda convitia ejaculatur; ut nihil impurius ex averni faucibus *Erynnis* exhalare poſſit. *Calumniatur*, calumniatur, inquam; *rodit*, rodit, inquam; *pungit*, pungit, inquam; *ſævit*, ſævit inquam; *inſanit*, inſanit, inquam; *furit*, furit, inquam; ac ſi *exutô homine* incarnatum Diabolum *induiſſet*, & *integrã* Furiarum *legionem*

intra

intra infidum & invidum caput admisisset. Dicit impudenter, discessu *Gothanorum* ad *Coburgenses* labem inuri scholæ? Nec *Pastoribus* parcit, quoties filiis suis, discedendi veniam orantibus, & commendationem ad aliquem Professorem hujus loci petentibus. Non unus *de hac importunitate* apud me est cõquestus, & gravissimè deploravit, se *à studiis Coburgensibus per N. fuisse avulsum, imò quasi sub anathemate prohibitum, & reluctantem ad Academiam relegatum, fundamentisq́ destitutum* modò *hærere, &c. Gothæ* siquidẽ nullus discipulorum discit *Musicam*; venerabilis enim Cantor à juventute ridetur; & est ratio, quia à Collega publicis chartis proscinditur; nullus discipulorum discit *Arithmeticam*, nullus discipulorũ *Dialecticam*, quod dispositiunculæ, quæ ante nõvennium ad nos fuerunt missæ, *quamvis indoctis doctæ viderẽtur*, tot *vitiis Topicis* maculatę, satis superq; docuerũt. Atq; ut accursũ ad nostrũ Gymnasium iminuat, dictat & Systemata *Physica: annũ Physica?* postulantne id leges? Dictat *Ethica: annũ Ethica?* postulãtne principis cõstitutiones? dictat *Politica: annum Politica?* postulantne visitationes tam

rudi-

rudibus asinis, qui ultra *scriptum & versum* (ingenia à natura bonâ indole donata & dotata excipio; hæc enim ista in barbarie emergunt, reliqui quomodò in *Examinibus* suam probent scientiam, *Censores* noverint) & vaniloquentiam ex *Pindaro*, *Homero*, *Lipsio*, *Seneca*, & similibus nihil sapiunt. Quid *Physica* dictat, Physicis ignotus? Quid *Ethica* dictat, Ethicis nec de nomine quidem cognitus? Quid *Politica* dictat, & ignotus & nec de nomine quidem Politicis cognitus. *Satis forsan fuisset, fuisset satis.* Non satis fuit visum, quandoquidem è *sella Præceptoria* disputationes nostræ atro carbone notantur. *Canones Theologici* aliquando fuerunt in *Auditorio Casimiriano* repositi: Dixit *Aristarchus*; *Olim fuit unus Canon sacræ scripturæ, nunc sunt plures.* Pudeat Te tantæ inscitiæ; Tyrones didicerunt, unam esse *generalem*, speciales *plures.* Atq; adeò, ut *Simia illa pullos suos, ah lepidos pullos: pullos suos, ah pulchellos pullos: pullos suos, ah delicatulos puellos gremio Jovis* (si fas est cum Poëtis loqui) *injicere queat*, (cogito, violentia opus esse, precibus nihil impe-

tra-

trari) *sceptrum illud, quod in Sylvis nascitur, olim tam tremendum antepraedicamentis, horrendum praedicamentis, extimescendum postpraedicamentis, dictatoriâ authoritate proscripserit, abegit & extorre jussit. Si qui tenebriones ob grandia delicta coërcendi hoc medicamentô sunt*, monentur clanculum, aufugiât statim, ut juxta versum dicere quis queat;

Hæc tria vulnificas pellunt ad talia virgas,
Mox, longè, tardè, cede, recede, redi.

O *Celsissime Princeps*, vide tuos ministros! *Tu* ais, *illi* negant? *Tu* jubes, *illi* prohibent? *Tu* decernis, *illi* dissuadent? Fundatio *Serenissimi avi tui*, nuper id mihi egregius Arithmeticæ Professor, potentissimus interim, dum Etymologiæ expositione, suam Disciplinam concernente, tribus vitiis orthographicis Tabulam conspurcavit, retulit, cœtus diminutione, & profectus degradatione, eluditur, eliditur & elabitur. *Non parcitur celeberrimis Viris, qui in hoc Collegio docuerunt, & qui docent*, (absit, ut me his associem!) *hâc contumeliâ, tanquam terræ filÿ traducuntur. Pudet, piget, tædet!* Recordor, Grammaticorum familia semper exporre-

xit alas nido suo, ad quod conficiendum *Priscianus* lutum, *Donatus* stupam apportavit, majores. Compellaverunt siquidem se Nominum *dictatores*, Consules *Pronominũ*, verborum *Legatos*, *Prætores* participiorum, adverbiorum *Tribunos*, *Præsules* conjunctionum, præpositionum *Censores*, *Publicanos* interjectionũ. Si quē inveniunt, qui fortassis pro *esseda essedum* scripsit, quãvis hic *authoritatem* habeat, mutuis literis ita sibi gratulantur, *ac si in hominem incidissent, qui crimē læse Majestatis divinæ & humanæ cōmisisset.* *Taceo* si, quæ pro *tua schola*, voluisti, dixisti; Dignũ est, ut quæ pro *mea schola*, cujus *authoritas vitâ ipsâ mihi carior*, *atq; utinam hujus scholæ gratiâ, extremum sanguinis punctum effundere contingeret!* quæ non vis audias. Haud capio patientiam *nostrorum Procerum*, qui satis *arroganter* & *trivialiter*, ab *his* aliàs *augustissimis Grammaticis*, & *invictissimis Philologis*, salutantur, &c.

Jam ad me redeo, ad me redeo, quandoquidem à me abivi. Redeo autem, ut *Schubbardum* nostrum *Ienam* comitandi copiam

im-

impetrem. Ea in palestra graviter depugnavit, libris indefessâ operâ incubuit, ipsum solem oriturũ antevertit, occidentẽ secutus. *Invenitur quoddam in Academiis portentum, heu portentum! nefandum portentum! execrandum portentũ!* Veniam mihi date, Auditores, vulnus hoc *mentem* in dolore, *cor* in gemitu, *oculos* in luctu confundit. *O Cœlũ, cur illas tuas flammas non emittis, ut hæc scelesta capita cœlesti igne conflagrent? Cur tua in vindictã fulgur & tonitrua non descendunt? Cur non dehiscis, ô terra, ac illam immanem audaciam inferni coërces lacunis? O vos* Angeli & Archangeli, *cur igneam cœlorum Sphæram non evacuatis, & piacularia ista monstra crematis? pulcriùs scilicet niteret hoc Vniversum; si talia carcinomata è medio tollerentur. Quicquid in nubibus est fulminum, id lentum, id otiosum est. Exite, properate, ruite, & punite, hoc humanô majus, & vix Diabolo dignum facinus. Illos tango, qui miserorum Parentium sudorem, sed in cella cerevisiaria abligurriunt; qui afflictissimorum Fratrum & Sororum laborem, sed in cella vinaria dilapidant; diem luxuriæ; noctem injuriæ dedicant;*

Lectiones negligunt, explodunt potiùs; Exercitia contemnunt, abominantur potiùs; Disputationes fastidiunt, rejiciunt potiùs. Schubhardus verò non sic, non sic *Schubhardus*; Non sic *Schubhardus*, *Schubhardus* enim non sic. Testis eruditissima illa *de legatis Disputatio*, quam *Nobilissimus Dn. Doctor Arumaeus JCtus celeberrimus* dignam judicavit, ut eruditissimis Tomis *discussuum Academicorum* insereretur. Idem vociferantur manuscripta, quæ ex ore Professorum excepit, animâ fideli excepit, ac papyro impressit. Salvâ veritate, asseverare possum, me *Dn. D. Schubhardi* contubernalem per menses sanè multos fuisse, concorditer cohabitasse, &c. Natura certâ providentià usa, avitio generi cantum temporarium commendavit, matutinum *hirundinibus*, antelucanum *gallis*, meridianum *cicadis*, vespertinum *ululis, noctuis* serum, *bubonibus* nocturnum: Hujus conditionis alumnos omnes propè præ maturis vigiliis indolem eripuimus, studia à precibus incepimus, precibus continuavimus, precibus finivimus.

Laudem haud quæro, habeo in hoc Audito:

ditorio *vitæ nostræ Academicæ testem*, testem non auritum, sed oculatum: Cujus constans animus, quantum ex mœrore titubet; cujus fortis animus, quantum ex luctu labascat, vel nullo interrogante, respondebo. Respondeo: ast nemo sentit, nisi *unus ille*, qui intelligit.

Abeo iterùm Te præeunte *charissime & plusquam desideratissime Schubbarde*; sequor per saxa, per ignes, per montes & campos, per rupes & undas, &c. Absoluto studiorũ *Ienensium* curriculo *Coloniam Agrippinam* petiit, ex urbe ista in *populosissimas Gallias* penetravit; illas Gallias, quas Majores nostri *Francones* sui Juris fecerunt, novoq; imperio nullis seculorum seculis finiendo, auxerunt. Nec enim operæ pretium erat invisere superbos *Hispanos*, obscœnos *Italos* invisere, invisere *Æthiopes* nigros, *Indos* sitientes invisere, & ad glacialem usq; Oceanum pervenire.

Conjicitis, auguror, *Auditores omnium ordinum lectissimi*, & videris, me vi morbi imbellẽ, ac tanto itineri minùs idoneum: Quapropter in *Germaniam* cum *Schubhardo*

meo festino, subeoq; illud lectissimum *artis & Martis* propugnaculum *Giessam*, illud *Hassiæ Palladium*, illud *eruditionis templum* & *delubrum*, commune nuper *divinæ & humanæ sapientiæ oraculum*, *omniumq; disciplinarum emporium*. Illîc siquidem ad capiendum pleniorem ingenii cultum, ad Remp. suo tempore accessurus, & in contemplatione Juris fructum habiturus, parentibus cum patria relictis, aliquandiu *Schubhardus meus* substitit. *Aliquandiu substitit*, verùm suis consiliis persuasus, & à Fautoribus monitus, ibidem anni emensis limitibus, *Basileam* venit, laboribusq; omnibus & singulis exantlatis *Doctoratus insignia*, *nomina & privilegia* honestissimo certè suffragio *Facultatis amplissimæ*, assumsit. *Hic ipse dies est, quo punicantibus Phaleris aurora roseum quatiens lacertum, cœlum pulcherrimè inequitavit, & tenebris lucem splendidissimè reddidit*; Conscia scilicet, *honores conferendos & meritissimo & dignissimo, inter optimos clarissimo, inter clarissimos optimo, & inter utrosq; doctissimo*. Compertum est, *nonnullos competitores reportavisse*

tabu-

tabulas ignorantiæ potiùs, quàm scientiæ indices. In *Schubbardo* autem aliud non precabatur, sed postulabat subtilis inventionis *ingeniũ*, facundæ ubertatis *eloquium*, capacissimæ memoriæ, recordationisq; *gazophylacium*. Ingenii *celeritate* præcurrebat *ætatem*, & *felicitate sodales*; *sublimitate* verò & *ætatẽ & sodales*. Quid dicam? tantos honorum titulos non *lacrymis* emendicavit, & supplicibus obtestationibus extorsit, cum illis, qui, utut adhuc halitum edant, eoq; vicinum aërem, *Beanismum* evaporantes inficiant, pro cadaveribus admittuntur. Non obstante, quòd *tales Bovilli, Turpilii & Asinii*, ubi natale solum attigerunt, spectatissimis functionibus insidiantur, ac tandem per *supinam impudentiam*, & *importunas sollicitationes* extorqueant. Quid reticebo? Innumeri sunt, qui in *Ecclesiis, Scholis, Curiis per longam mensium & vix ab* Archimede *aut* Ptolomæo *calculandam seriem, nihil omninò, sive docendo, sive consulendo sive faciendo profuerunt, sed salarium aliis ingenuis Viris, furtivis ungulis*

præripuerunt: Volunt interim ebullulantibus canis capillis,& hirsutiantibus barbis (jam nascitur mihi tenellum verbulum) *inter emeritos numerari.*

Fessus sum, *Auditores omnium ordinum lectissimi*, sequor interim *Amicum*, *Augustæ Nemetum* divertentem,ac*Imperialis Cameræ processus* observantem, & notantem ,&c. Quantâ polluerit experientiâ tùm in *foro Cæsareo*, tùm *Saxonico*, cogitando quidem *minimam partem* assequor,*totam* n[illegible] verbis, nec oratione exprimere audeo. Ecquæ enim vox sufficeret, quæ lingua efferret, quod ingenium expoliret,&c. si nulla documenta extarent, extant interim plurima, *Causæ*, quas ante contractum & post consummatum conjugium cum Lectissima, sibiq; Dilectissima virgine, *Catharina Veronica*, *Viri Magnifici*, *Nobilissimi*,*& Amplissimi Dn. Antonii VVinteri JCti celeberrimi*, olim Scabinatus apud Nos *Ordinarÿ*, nunc inter *Bambergenses Cancellarii spectatissimi*, *Filia*,im̃aturâ Mariti morte nunc Matrona & viduâ mœstissimâ & honestissimâ, egit, universas invidiæ cohortes convincerent.

rent. Idem demonstrabit *Literatissimum opus*, quod de *Austregis*, profundo acumine, quemadmodum statuunt illi, qui *Disputationem* saltem *inauguralem*, non sine magna honoris præfatione, allegaverunt, conscripsit. Omnituens iste sol, qui ortu suo diem pandit, occasu noctem reducit, conditusq; vel relatus per plagas mundi, quatuor temporum vices mutat, quiq; hactenus *tot piperis scrinia, tot papaveris alvearia, tot muscarum refugia*, *Typis* excusa, emtoribus obtrusa, & officinis inclusa vidit, hunc ipsum tractatum suo dignabitur aspectu. Si penes quos livor latet, suspicanturq;, me aliquid intimæ familiaritati dare, *parentationem prius apud alios cæptam, quàm apud me cogitatam, penuriâ rerum solis figmentis implere*, fruantur suâ libertate, fruantur suâ libidine. Fateor sanè, *hujus affectus radices nec mortis oblivio extirpabit; hujus flammæ calorem nec mortis gelu extinguet*. Fateor, amicitiam in scholis contractam esse longè, longè tenacissimam, esse *perpetuam in terris, æternam in cælis*. Auribus verò me fuisse abblanditum, præcisè diffiteor.

Pari ratione, si fusè dixero *de Dn. Doctoris Schubhardi* pietate, *assiduitate* in legendis Bibliis, *frequentiâ* in fundendis precibus, *observantiâ* in usurpandis Sacramentis, non mentiar. Sæpè mecum de *Beatorum nunquã finiendâ felicitate & cœlesti urbe*, disponentibus ita occasionibus, colloquens ingemuit, non ut more hypocritarum lacrymaretur, sed ut citissimè evolaret & avolaret, ad *Solymam Cherubinorum*, ad *Zionem Seraphinorum*: nõ ut quicquam sibi optaret votis, sed indefessis studiis quæreret; non ut supernam stellatam illam tot ignibus tàm distinctis machinam stolidis oculis contemplaretur, sed suâ generositate sublatus aliquando possideret; non ut abjectis brachiis, & intermissis suspiriis *Fortunæ* favorem, & *Dei* misericordiam ex *meritis* expectaret, sed armis assumptis, & obtentâ missione à seipso in expeditionem festinaret. Stabat ut *Marpesia rupes*, nullis vel promissis, vel honoribus à nostra orthodoxa religione evellendus, & avellendus, Obtinuit tandem, quod desideravit, vidit, quod speravit, ac nuper inter ardentissimos anheli-

helitus placidè & tranquillè exſpiravit; non infectus lue iſtâ, ſed enectus febri malignâ, eaq; acutiſſimâ. Ingruet aliquando ille *dies*, illa diei *hora*, illud horæ *momentum*, quo vox Archangeli ſumis de nubibus, aut potiùs ex illo ætheris ſolo, ubi aquilæ ſe ſublimare ſolent, ultra iſtud ſpatium, quo pluitur & ningitur, ubi nec fulmini, nec fulguri locus eſt, altiſſimè per *valles* & *ſylvas*, per *campos* & *agros*, per *montes* & *eremos*, per *urbes* & *arces*, per *villas* & *caſas*, *tubæ* rudore torvior, *lyræ* concentu variatior, *tibiæ* queſtu delectabilior, *fiſtulæ* ſuſurro jucundior, & *buccinæ* ſignificatu longinquor, quippe omnes orbis *provincias*, *mare*, *terras* penetrabit, mortuosq; *ad vitam & judicium* vocabit. Quo alloquio, quo amplexu, quo obtutu te tunc temporis ſalutabo, *Deſideratiſſime Dn. Doctor Schubharde?* Nonne ita dixero; *O beatum momentum*, amice cariſſime. *Te ſiquidem non video Coburgi, nec in Curia Coburgi; ſed in Paradiſo, & in Curia Paradiſi. Te non video inter litigantes, ſed laudantes, non inter pugnantes, ſed triumphantes.*

Quam

Quàm maturè è conspectu nostro abisti, excessisti, erupisti, & gloriosè evasisti: Fatum scilicet meum antevertisti, & qui in extrema lucta post evictam mortem, unà cum Aliero, qui hîc nobis assidet, remotâ conjuge, semotis liberis, supremum oculis meis digitum imponere, ac palpebrarum angulos claudere, illisq́; foribus, quæ tot vanitates admisere, ultimos pessulos inducere debebas, prior emansisti, consiliumq́; meum irritum fecisti, &c. Reliquisti sodalem *tot apertis odiis & opertis insidiis exercitum! reliquisti sodalem, cujus calamitates vidisti, vidisti & tenivisti, lenivisti, & quantum fieri poterat correxisti, ô quas injurias ab obitu tuo & abitu tuo non sum expertus, quas calumnias, quas irrisiones, quas subsannationes non sum expertus? Tu vero in meliorem adscitus vitam interea suavissimè in Salvatore tripudiâsti, cum sanctissimo Legislatore Moyse, inter Prophetarum choros, choros Patriarcharum, Levitarum numeros, numeros Principum, inter Regum manipulos, manipulos Apostolorum, tripudiâsti, tripudiâsti, me sapientior, me felicior. In summa tranquillitate ultimum efflavisti halitum, sine perturbatione, sed cum ineffabili animæ suavitate, circumstantibus, sed plan-*

genti-

gentibus domesticis, circumstantibus, sed plaudentib9 Angelis, qui gaudibundi ominosum cordis crepitum observabant, &c. Age ergò, quandoquidē præsens felicitas, quos miseria disjunxerat, cōjunxit eamus in sancta sanctorum, ut Creàtorem, Redemptorem, & Sanctificatorem celebremus in secula seculorum. Ita forsan *Auditores*, dixero; sed sine omni dubio effusa sanctissimi illius Sabbathi festivitas & solennitas, ac lætitia, omnem proterent angustiarum recordationem.

Salve, ô *beata anima*, salve in *Patre*, qui Te *creavit*, salve in *Filio*, qui Te *redemit*, salve in *Spiritu*, qui Te *sanctificavit*, atq; hanc *cursoriam parentationem*, paucissimarum horarum intervallo natam, plurimorum verò interventu turbatam, alio præcone dignissimus habeto.

Corporis exuviis tenuem & sine pondere terram,
Spirantesq; crocos, & in urna perpetuū ver precor & opto.

Forsan non idem Tecum mihi ex augustissimo Trinitatis Senatu est cubiculum decretum: Forsan necessitas mihi imminet, & ta-

& tale epitaphium dictat: *Ingrata patria, ne ossa quidem mea tegis.* Quamvis alias cogar quotidie exclamare: *Ventum ad suprema est, vita & fortuna Valete,* Philosophia & Theologia, *quantulacunque licet, Valete, Valete.* Vobis verò; *Auditores omnium ordinum lectissimi*, pro benevolo in *Dn. Doctorem Schubbardum* in affectu, & propenso animo, quas dignas agam gratias, non invenio; qua decenti ratione tam honorificam benignitatem celebrem, non excogito: quâ denique remuneratione tanti facti gloriam æquiparem, non reperio; sed quæram sedulò & annitar,


Dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus.

DIXI, & quæ præ mœrore potui, *dixi.*

FINIS.







SCHLEVSINGÆ



Typis Hæredum Stein-
manni.

Anno M. DC. XXXI.